

37 Secundus est casus, in quo DD. in argumento relati nominatim loquuntur, quando scilicet lex, vel statutum principaliter disponit limitando, seu restringendo ætatem 25. annorum, quamuis commune dumtaxat pro perfecta, & legitima habet, ad minorem ætatem, puta 18. vel 20. annorum, quam pro legitima, & perfecta haberi vult, & puberem in ea constitutum, maiorem per omnia reputari, vel ad certum effectum, vt in terminis d. *auth. si captiuus*, vel generaliter iuxta legem Longobardam & familia statuta, quorum in proposito meminere DD. ipsi, in argumento commemorati sub n. 17. & 18. qui in eorum terminis nedum restitutionis in integrum beneficium cessare dicunt, sed & valere indistincte alienationem bonorum immobilium, que alioqui absque causa & iudicis decreto ipso iure nulla esset; ex eo rectè moti, \* quòd cum designatio certæ ætatis, qua quis maior censetur, rerumque suarum administrationi capax, & idoneus, à iure merè positio proueniat, quod. l. 25. annorum metas eidem præstituit, coniectione sumpta ex maturiore hominum post id tempus iudicio, potuit idem ius, aut locorum quorundam lex municipalis, vt potè variandi ac mutandi potestate gaudens, iuxta regulam Text. in §. *sed naturalia*, vers. *Ea verò, in §. de iure nau.* & in c. *non debet*, de *consang. & affinitate* l. 12. tit. 2. p. 4. vel generaliter, vel ad certum aliquem effectum, maxime ita pium, qualis est captiuorum redemptio, ad quam proinde sub certa pona cogit, angustiores præfigere metas, in quibus homines plene, & integræ rerum suarum administrationi satis aptos esse communi experimento cognouerit, qua ætate gaudentes, cum maioribus 25. an. per omnia æquiparentur, eisdem regulis omnino subiciendi sunt, ex reg. æquiparatorum, de qua in l. 1. vbi notatur omnes ff. de leg. 1. cum relatis *dissertat. precedent. n. 21.*

39 Tertius, & vltimus casus est, qui ad pragmatice nostre terminos propius accedit, cum lex vel statutum procedit simpliciter, permittendo actum vel contractum minoris 25. annis, post certam aliam ætatem, puta 18. aut 20. annorum, nec vterius disponit: quo quidem casu, & si actus, vel contractus, à minore in illa ætate gestus, ipso iure valeat, rescindi tamen potest per in integrum restitutionis beneficium, quod per eiusmodi legem, vel statutum minime censetur exclusum, opt. Text. in *l. cum lege* 41. ff. de *recept. arbitri*, vbi lex Julia, quæ minorem 20. annis iudicare prohibuit, & consequenter id ei post eam ætatem permisit, circumuento tamen in auditorio tunc recipiendo, restitutionis auxilium, minoribus 25. annis concessum, negare non videtur vt constat ex illis verbis, *maiori tamen viginti annis, si minor viginti quinque annis sit, ex hac causa succurrendum, si temere auditorium receperit, multi dixerunt.* Ita nominatim post Bald. in d. *auth. si captiuus*, n. 4. vers. *An lex, vel statutum procedit simpliciter, resoluunt omnes precedent. dissertat. sub n. 11.*

60 Relati. Et in terminis \* legis 3. C. qui legitimam personam, permittentis minori 25. annis, & maiori 14. super possessoria causa per se in iudicio agere, obseruanti vltra ordinarios ibi Menoch. de *relin. remed.* 1. num. 432. Sigism. Scaccia de *iud. libr. 2. cap. 1. num. 235.* nouissime Ludouic. Postius in *tratt. mandati de memento, obseruat.* 67. num. 1. quod per hoc non tollat quin ipse aduersus acta præiudicialia restitutionis in integrum beneficio iuari possit, docuit glof. vers. *Item tertio, in uerbo vers.* Sed his spreto, in l. *unic. C. si de momentanea poss. & communis*, quam resoluunt Boerius *decis.* 350. num. 4. vers. *Quamuis enim, illic, tamen per hoc non videtur ei interdici in integrum restitutio, si laudat, ac si non*

fuisset reputatus maior, vt tenet glof. & c. D. Præfex Couarr. *variar. resolu.* lib. 1. cap. 5. num. 8. vers. *Et præsertim* & vers. *Et tamen minor*, & post plures alios Francisc. Caldas Pereira ad l. *securarem habens, verb. implorare*, n. 45. C. de in *integrum restit.* D. Perez de Lara in *compend. vita hom. c. 24. num. 62.* ac rursus \* in specie Textus in *cap. fin. in prin. de iudicis in 6.* eidem minori permittentis, in causis beneficiabilibus, & aliis spiritualibus per se in iudicio agere, vel se defendere, idem quoque, nempe vt restitui valeat, contra gl. *verb. quid aliud in princ. in l. air. Prætor. 7. ff. de minor. DD. communiter resoluunt, vt restantur Philippus Probus, plures referens, in *addis. ad Manach. in d. cap. fin. lit. E.* Boer. *vbi sup. D. Couarr. d. n. 8. vers. Ex quo inferitur*, & Alex. Trentanciu. *var. resolu. libr. 2. tit. de iudicis, resolu.* 6. n. 8. vnde \* & in matrimonialibus idem dicendum est, quas spiritualibus esse constat ex c. *uam 3. de ord. cogniti. c. cum segg. qui filii sui legitimi*, ac notauit cum pluribus id c. 1. de *officio ordin.* 1. p. mu. 48. atque adeo in eis locus erit decil. Textus in d. *fin. de iudic. in 6.* quam in proposito rectè explicat D. Couar. d. *lib. 1. var. c. 5. num. 8. vers. Rursus nec tercia ratio*, Palacios Rubius in *repet. c. per vestras de donat. inter nob. 2. nam. 21.* Steph. Gratian. *disceptat. forens. tom. 2. c. 367. à num. 12.* quicquid patum catholicè relictur, contrariam sententiam, quòd minor in causa matrimoniali, quam spirituali esse negat, in iudicio comparere non magis possit, quam in aliis temporalibus, saniorum dicens, & secundum eam in Frisitorum curia iudicatum referens, Ioan. à Sande *decis. Friscar. lib. 1. tit. 3. desin. 2. vers. Simulque desinitur*, qui & in multis aliis male, & contra Canones de matrimonio sentit, idque ad secularum potestatem tam quoad leges de eo ferendum, quam quoad iudicandum pertinere existimauit, vt apud ipsam videre est *lib. 2. tit. 1. de matrim. per tot.* cuius hac de re scripta omnino forent ab illo libro alioqui docto expungenda. Cum igitur (vt ad rem redeamus) pragmatice nostra simpliciter tantum procedat, permittendo minori coniugato bonorum suorum administrationem post actum annum 18. minime ei restitutionis in integrum beneficium, minoribus 25. annis iure communi competens, denegasse censetur.*

Quòd si dixeris diuersa hæc esse, actus vel 63 contractus minoribus à lege permitti, & administrationem concedi, quia illud supponit obstaculum minoris ætatis, quod lex supplet, vt actus mero iure valeat qui alioqui nullus esset, vt contingit in alienatione bonorum immobilium, quæ absque causâ cognitione, & iudicis decreto, etiam à minore curatore carente facta, ipso iure nullius momenti est, vt cum pluribus resoluunt *dissert. precedent. num. 32.* & in iudicialibus actibus minori præiudicialibus, quos nullos similiter esse constat ex traditis ibi num. 24. & segg. & sic mirum non est, si lex eo casu saltem in integrum restitutionis beneficium minori, quem talem esse supponit, nec maiorem facit, illibatam relinquat, hoc verò vice versa supponit perfectionem eius ætatis, quam noua lex, vel statutum præfixit, vt ex inde minor maior per omnia reputetur, & ad res suas, vel etiam vxoris (vt & pragmatice nostra addit) probè, & legitime administrandas, capax, & idoneus, atque ita potius militant resoluta in præced. casu, facillè respondebimus, casum tertium nuper propositum, & casum pragmatice, & si strictè quoad nudos terminos diuersificentur, at in modo statuendi, & in ratione statuti minime differre, quia in utroque lex simpliciter procedit permittendo,

mittendo, in illo quidem actus vel contractus minorum 25. an. in hoc verò administrationem ipsis minoribus, nec vtique magis in hoc eos maiores facere censetur, atque ad rerum suarum, vel vxoris administrationem capaces reddere, quam in illo, imò \* ex eo multò minus quòd sub nomine administrationis minoribus fauorabiliter concessæ, ea tantum intelligitur, quæ sit citra alienationem bonorum immobilium, & citra actionum, vel defensionum exercitium, iuxta ea, que latè in *preced. dissertat.* resoluimus in 2. & 3. corollario, siue à num. 20. & 31. at vero \* in casu tertio Bal. & sequacium, ampliorum lex minoribus facultatem præbet, nempe valde contrahendi, adeo etiam immobilia absque causâ cognitione, & iudicis decreto alienandi, & in iudicio legitime comparandi, absque actorum vtriusque præiudicialium nullitate vnde \* cum in hoc casu, in quo lex minores ipsos ad contrahendum in quibuscumque bonis, & in iudicio legitime comparandum habiles reddit, in integrum restitutio non excludatur multò minus ea excludatur in casu pragmatice; in qua longe minor facultas minori conceditur, eo tantum tendens vt a curatore potestate se liberare valeat, vt sepe diximus, argum. *Text. in l. in alienationibus* §. 1. vers. *Licet enim*, vbi Alexand. notat. ff. de in *liem iur. van. l. in suis 11. in fin. de liber. & poss. l. Marcellus 15. ff. de maris causa donat. l. nec in ea 22. §. sed qui occidere*, ff. ad l. *Iul. de adult. l. non debet 21. ff. de reg. iur. auth. multo magis*, *in uerbo auth. preced. C. de Sacrosanct. Eccles. cap. Si ergo 16. in princip. 8. q. 1. reg. cui licet 55. lib. 6. quorum, ac similibus iuris locorum regulam in simili expendunt Aymon Crau. *conf.* 290. num. 7. & *conf.* 326. num. 10. Ioan. Petr. *Surd. conf.* 288. num. 14. Roland. à Valle. *conf.* 15. num. 41. lib. 1. Farinac. *conf.* 60. num. 809. inter *tratt. crimin. p. 4. Sanch. de matrim. lib. 8. disput. 1. num. 21.* Ioan. Maria Nouarius *quæst. forens. lib. 1. quæst. 24. num. 6.* D. Franciscus Salgad. de *Reg. protection. parte prima, capite 5. numer. 61. & 62.**

DISSERTATIO VII.

De minori 25. ann. sub curatore constituto, qui post actum, vel expletum 18. annum matrimonium contraxit, an virtute pragmatice anni 1623. bonorum suorum, & vxoris administrationem consequi possit, curatore remoto, & obitor multa de extensione legum ex rationis identitate. Ad plurium iuris locorum elucidationem.

S V M M A R I A.

- 1 Hypothesis dissertationis traditur.
- 2 Verba legis, vel statuti cui non conueniunt, nec eius dispositio conuenire debet.
- 3 Lex si vnum supponat, & aliud disponat, necesse est, vt verificetur suppositum, ad hoc vt habeat locum dispositum.
- 4 Qualitas ab statuto præsupposita, et potè præambula, videtur ab eodem statuto requisita.

- 5 Qualitas à lege, vel statuto requisita, ante omnia verificari debet, vt statum ipsam locum habeat.
- 6 Qualitas si pro forma, & substantia constitutionis requiratur, si illa non interuenierit, constitutio locum habere, siue effectum sortiri non potest.
- 7 Conditiõis præcipua nota est dictio si, adiuncta verbo futuri temporis, quomodo cumque iacuerit.
- 8 Conditiõis illud est proprium, vt formam quandam inducat, specificè, & ad vnguem, vt aiunt, obseruandam, ad hoc vt dispositio sub ea facta locum habere possit.
- 9 Conditiõ in lege vel statuto adiecta, in dubio iudicia formam substantialem, qua non seruetur, illius dispositio locum non obtinet.
- 10 Minores 25. annis etiam post 18. an. matrimonium contrahentes, passim in Hispanensi, & Granatensi curia admissi sunt, vt pragmatice privilegio, bonorum suorum, & vxoris administrationem eis concedere, potuerunt.
- 11 Lex fauorabilis, maxime ob publicam utilitatem, minime restringenda est, sed amplianda potius, & interpretatione adiutanda.
- 12 Matrimonium omni iure fauorabile est ob publicam causam, iustè ex eo liberis suscipiendis, quibus Respublica repletur.
- 13 Pragmatica, administrationem minoribus matrimonium contrahentibus concedens, illa ratione nititur, vt hominum propagationis, statusque matrimonialis felicitati, ac frequentia supplicia seruentur.
- 14 Pragmatica ratio non tantum refertur ad privilegium minoribus indultum, sed ad alia, maioribus quoque 25. annis ex eadem matrimonij contracti causa concessa, & qualia ea sunt.
- 15 Pragmatica prædicta in suis dispositione imitata videtur antiqua leges Iulianæ Miscellæ, dum matrimonio, & liberis fauorant passim per alia leges iuris communis probate sunt, & solum quoad indistinctam viduitatem, & calidam penam infirmata. ibid.

- 16 Doctores de earum legum materia tractantes referuntur.
- 17 Ratio in præmio legis adiecta in omnibus eius membriis repetita censetur eisque intellectus lumen præbet.
- 18 Determinatio vna, plurarespiciens determinabilis, pariformiter ea determinare debet.
- 19 Ratio eadem ubi est, eadem quoque iuris dispositio vigere debet.
- 20 Casus in lege omisus ubi eandem rationem habet cum expresso, & si sub legis verbis non comprehendatur, nec veniat, venit tamen sub mente eius, quæ ratione deducitur.
- 21 Lex in vno casu ex certa ratione quicquam statuens, non tam extendi dicitur ad alium, in quo eadem vel maior ratio militat, quam cum comprehendere.
- 22 Lex nedum cum vltra ius commune quicquam statuit sed etiam cum iuris communis correctoria est aut ab eo exorbitans, vel penalis, ex ratione in ea expressa extenditur ad alios casus eandem rationem habentes, siue potius illos includit, cum 3. n. seqq.
- 23 Auth. de hered. ab intest. venien. §. penul. coll. 9. & auth. n. attri & auxi (inde sumpta C. si mulier tute. off. fungi poss. quibus maris, & auid tutela officium permittitur, contra generalem regulam

- gulum, id mulieribus denegantem, ex rationis identitate extenduntur ad curam à gl. & DD. ubique.
- 24 Cap. si postquam 33. de elect. in 6. & c. 1. de temp. ordin. eo lib. in materia penalis dispositione, ex rationis identitate ad similes casus ampliatur à gl. & DD. ubique.
- 25 Clem. 1. de electione prohibens, unius ordinis religiosum in alterius praelatum eligi, ex ratione ibi expressa extenditur à gl. & DD. ad provisionem licet aliqui ab electione diversis sit.
- 26 Resolutio procedens & si à plerisque Doctoribus impugnetur, variisque distinctionibus involvatur, nedum praxi recepta, sed & in puncto iuris verissima est.
- 27 Lex si quis id quod 7. §. quod si dum proponitur, ff. de iurisd. omn. iud. expenditur, & explicatur.
- 28 L. 2. §. exercitum, vers. Sed hoc etiam, ff. de his qui not. infam. expenditur & explicatur.
- 29 L. filius. 4. alias l. si quis 3. §. is autem vers. Quod ita demum, l. sed Iulianus 9. alias l. item si filius fam. 7. §. mutui dationem, vers. Sed si frater & l. filium habeo 16. alias 14. vers. Dixi ff. ad S. C. Maced. expenditur, & explicatur.
- 30 Lex Senatu consulto 59. l. si quis tutor 60. in pr. & §. 1. 2. & 3. §. quamvis 7. & §. pen. & fil. & l. libertum 64. §. 1. ff. de ritu nupti. expenditur, & explicatur.
- 31 L. cum mulier 47. alias 49. vers. Sitam ff. soluto matrim. expenditur & explicatur.
- 32 L. 2. §. quid si curatores 29. ff. ad S. C. Tertul. expenditur, & explicatur.
- 33 L. non sine ratione 5. C. de bonis, quæ libetis expenditur, & explicatur.
- 34 De sponsis de futuro tantum intelligitur à D. Praside Conar. cuius fundamenta referuntur.
- 35 Eius opinio refertur, & fundamenta sit satis.  
¶ Lex non sine ratione, C. de bonis, quæ libetis sub nomine sponsorum, tantum intelligit sponso de presenti ante matrimonij usum, siue carnis commixtionem & mutuum cohabitationem ibid. & n. seq.
- 36 Statutum partem dotis, aut nuptialia lucra deferens viro superfluis, uxore absque liberis decedente locum non habet in sponsis de presenti ante matrimonij usum & mutuum cohabitationem.
- 37 Dista lex non sine modum ad sponsum de futuro, cui aliquid ab altero promissum est, simpliciter ampliari non potest, sed nec ad eum sponsum, qui matrimonium de presenti contrahere donatoris facto impeditur esse iuxta l. cum veterum 15. C. de donation. ante nuptias, & quare? cum num. seqq.
- 38 Disposita in viro & uxore, ad sponso de presenti ante matrimonij usum et plurimum trahi possunt, non etiam de futuro.  
¶ Lex miles 11. §. querebatur, l. si vxor 13. §. Diui, §. si quis uxorem, & §. si minor ff. ad l. de adult. & l. propter violentam 7. Cod. eod. titul. optime explicatur contra nonnullos, ibid.
- 39 Lex 2. tit. 7. lib. 4. fori, l. 4. in princip. tit. 1. p. 4. l. 1. tit. 17. p. 7. l. 2. tit. 15. lib. 8. ordinam & l. 3. tit. 20. lib. 8. nouz compilat. breuiter intelliguntur.
- 40 L. his solis 7. vers. De ceteris, C. de reuocand. donat. expenditur & explicatur.
- 41 Mulier ad secundam nota transiens in iuriam quodammodo irrogare videtur viro defuncto, & ex eo susceptis liberis, & quare?

- 42 Portia minoris dictum ab Erasmo commendatum refertur.
- 43 Cap. cum dilectæ 4. vers. Nos igitur de confirmat. vtili vel inutili, & explicatur, & an lex exorbitans à limitatoria differat?
- 44 Lex correctoria vel exorbitans ex ratione non expressa, sed presumpta tantum, quam solam reddi posse euidentem non sit, minime extendi potest ad casus, in quibus illa presumpta ratio militet, sed nec ex expressa ad casus similes, in quibus non eadem, sed similis tantum ratio vigeat.
- 45 Lex exorbitans favore certarum personarum, & si ex rationis identitate extendatur ad casus eandem rationem habentes, nunquam tamen extenditur ad alias personas, in quibus etiam eadem vigeat ratio, nisi saltem sub larga verbi significatione comprehendatur.
- 46 Idem est in lege exorbitanti odio certarum personarum qua rursus ex rationis identitate extenditur ad eos, qui per iuris fictionem eandem personam subeunt, vt heredes, vt in exemplo hic relato.
- 47 Minor post tactum 18. annum matrimonium contrahens, pragmatica verbis, iuxta eorum corticem non continetur, at sub eius mente, & ratione comprehenditur.
- 48 Reg. cui verba non conueniunt, nec dispositio conuenit, procedit in lege dubia de cuius mente, & ratione non constat, fecit alias.
- 49 Pragmatica non supponit praxi, sed minores ante tactum an. 18. matrim. contrahere, sed casualiter, & fortuito, & quare?
- 50 Etas tacta 18. ann. iure sufficiens est ad postulandum, manumittendum, & negotia extraiudicialia procurandum.
- 51 Qualitas à statuto presupposita, ita demum requisita videtur, ita vt sine ea dispositio locum habere nequeat, si practica sit, non alias.
- 52 Condicio legis ita demum inducit formam substantialem, praxi obseruandam, si & ipsa condicio sit practica, secus si pariter voluntati relicta, qua presupposita lex disponat, certam aliam formam prescribens.
- 53 Gerundium sui naturæ conditionem imponat, ac praxi formam praxi obseruandam.
- 54 Casus in lege correctoria, vel exorbitanti, certa ratione nitente, omisso, non ex iure communi antiquo, sed ex ipsa ratione supplendus, ac decidendus est.

APPENDIX DVARVM PRÆCEDENTIVM.

Illud præterea circa pragmat. anni 1623. cap. 19. dubitari non semel contigit in Senatu, vtrum minor curatorem habens, qui prætextu matrimonij post 18. ann. sine tactum, siue expletum contracti, ab eius se potestare eximi, bona quod sua sibi tradi, redditus ab illo rationibus, desiderat, audiendus sit? Quod inter alia accessisse memini in causa Christophor. de Oceanan Agenjo minoris, qui cum anno atatis sine vigesimo secundo matrimonium contraxisset, curatoremque ad litem, quam bonorum suorum curatoris institueret parabat, nominasset, ac decerni sibi obtinisset Hieronimum de Leon Beltran, per mediam ipsius personam ab ordinario iudice Hispalensi petiit, sibi, vt pote coniugato, virtute dictæ Regiæ pragmaticæ bona sua per curatorem tradi, ad eumque effectum ipsum sibi ad reddendas rationes compelli; quod cum ita decreto suo iudex iussisset, curatoris

curatoris pars ab eo nostrum prouocauit Senatui. Sed cum in hac, & aliis similibus causis variè Senatui iudicasset, modò contra huiusmodi minorem, modò pro illo, è re futurum existimauit, re hinc inde breuiter discussa, meum in hoc articulo iudicium interponere.

Potro aduerfus minorem, post 18. ann. matrimonium contrahentem illud imprimis vrget, quòd verba dictæ pragmaticæ illi non conueniant, cum ad minorem, ante eam tactum uxorem ducentem, aperte dirigantur, illic. *Si se casare antes de los diez y ocho años*; ergo nec ipsius pragmaticæ dispositio ei conuenire debet, iuxta regulam Tex. in l. 1. §. licet autem 20. vers. In re igitur dubia melius est edicti verbi seruire, ff. de exercit. act. l. ita autem 5. in princip. iuncta l. 3. §. ceteri 2. circa fin. vers. Et si pecunia, ff. de admin. tutor. l. quod constitutum 21. illic. Quantum ad verba eius ff. de testam. mili. l. si ancillus omnes 63. in fin. illic. Et nec verbis nec voluntati defuncti commodata hac sententia est, ff. deleg. 1. l. dies 4. §. toties ff. de damno infect. l. 1. §. legitur, ff. de aqua quodidam. & est. l. hoc accusare 12. §. omnibus 4. illic. Qua pena in seruum non cadit, & vers. Idemque illic, qua seruorum penis non conuenit, ff. de accusat. e. indemitatibus 43. §. supra dicta, vers. Cum in ipsis 6. de elect. in 6. cum similibus, ex quibus eam reg. vltra ordinarios interpretes deduxerunt, ad varia expendent, Alex. conf. 17. n. 2. lib. 1. conf. 2. num. 4. lib. 4. conf. 106. num. 6. & conf. 160. num. 1. lib. 5. Philip. Dec. conf. 221. num. 1. post princip. vers. Et si verba statuti, & conf. 456. stante statuto, num. 16. Iason. conf. 221. num. 4. vol. 2. & conf. 63. num. 3. vol. 3. Hippol. Marfil. conf. 25. num. 10. & conf. 40. num. 12. & sing. 359. & in l. qui falsam, num. 5. 6. aliis 66. vers. Nam cui non conueniunt, ff. ad l. Corn. de fals. ac post plures alios Tiraquel. ad l. si vnquam, verbo libertis num. 2. Cod. de reuocand. donat. & de retract. confang. 2. gl. 1. num. 15. vers. Nam ubi verba, Brunorum à Sole in comp. reuolucioe propos. in. lit. D. verbo dispositio legis, vel statuti, & verbo dispositio non habet locum. Franc. Becius conf. 1. num. 25. conf. 3. numer. 41. & conf. 112. numer. 3. Burgenhis Marcus Salo de Pace conf. 25. num. 27. Ioan. Petr. Surt. conf. 152. & 179. vbiq. num. 3. 8. conf. 174. num. 8. conf. 401. num. 10. & conf. 429. num. 4. ac decif. 56. num. 1. & decif. 122. num. 13. Ioan. Gutier. conf. 21. num. 2. & pract. quæst. lib. 3. q. 17. & 18. num. 227. Hier. Gonzalez ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. in princ. num. 24. Card. Dom. Tulch. pract. concl. tom. 8. lit. F. concl. 89. ex num. 1. D. Ioannes Bapt. Valenc. conf. 55. num. 11. lib. 1. & conf. 120. num. 36. lib. 2. D. Ioannes de Castillio quodid. contron. lib. 5. cap. 8. 2. num. 10. & 11.

Secundò quia pragmatica sanctio in præfatis verbis supponit, minores matrimonium contrahere ante annum 18. & sub eo supposito disponit statim in verbis sequentibus, posse ei propria, & vxoris bona tradi per eum administranda, quo casu militat communis alia Doctorum traditio, quòd cum lex vnus supponit, & aliud disponit, necesse est, vt verificetur suppositum, ad hoc vt habeat locum dispositio, sic etenim voluere, gloss. verbo auocandum, Iacobus Buttigarius, Salyet. & Fulg. opposit. 1. in l. mancipia 5. C. de seru. fugitiu. Ludou. Roman. singul. 495. Socin. Sen. conf. 72. num. 4. ad fin. vers. Tunc succedit, & conf. 76. num. 5. similiter ad fin. vers. Et tunc militat, volum. 1. Socin. Junior conf. 114. num. 2. 3. Philipp. Dec. conf. 90. num. 1. circa fin. vers. Nam lex 1. & n. 2. conf. 157. n. 12. ad fin. vers. Quia non verificatur, conf. 13. & 258. vbiq. num. 6. conf. 1289. numer. 3. conf. 1290. numer. 7. ad fin. vers. Quia quando vna dispositio conf. 316. num. 2. & conf. 326. num. 21. circa finem, vers. Confirmatio gratiæ, lib. 1.

conf. 540. num. 1. ad fin. vers. Vnde succedit, & conf. 591. num. 3. & 4. lib. 2. Iacob. Menoch. post plures alios, quamquam non omnes satis fideliter, de recuper. act. 9. num. 161. Ioannes Petr. Surt. conf. 130. num. 78. & conf. 429. n. 5. ac dec. 65. n. 9. & dec. 122. n. 14. 10. Gutier. conf. 1. num. 16. & conf. 21. num. 6. & pract. quæst. lib. 3. quæst. 17. & 18. (quas simul explicat) num. 227. vers. Quando enim lex Casar Barcius decif. 79. num. 4. 10. Ioseph. Sesse decif. Arago. 160. num. 24. Tulch. pract. concl. tom. 9. lit. P. conclus. 636. Leander Galgnet. de conditio. & demens. part. 2. cap. 1. quæst. 97. num. 11. Marius Giurba ad consuetud. Senat. Messanen. cap. 8. gloss. 2. num. 2. D. Francif. Sal. de Regia protect. 3. part. c. 11. num. 32.

Et confirmatur, nam qualitas ab statuto præsupposita, vt pote præambula, videtur ab eodem statuto requisita, argu. Text. in l. 2. ff. de iurisd. admin. iud. l. ad rem mobilem 56. l. ad legatum 62. ff. de procurator. l. oratio 16. ff. de sponatibus, & in l. si quis tutor 60. §. quamvis, ff. de ritu nupt. cum similibus. Ergo vt illa verificetur necesse est, quia qualitas à lege, vel statuto requisita ante omnia verificari debet, vt statutum ipsum locum habeat l. si per alium 5. §. deere vt ubi notat Barr. num. 2. Paul. Castren. num. 3. & lal. sub §. in eum, num. item 3. ff. ne quis eum, qui in ius vocatum est, vt exim. l. eum actum 17. ad finem. iuncta gl. vlt. & communi, ff. de negot. gestis, l. non solum 8. §. sciendum, iuncta gl. 1. & Pauli Castren. summario, & §. sed vt probari iuncta gl. verbo medius, & verbo conferatur, quas bene explicat, & exornat Barr. ex num. 1. & lal. num. 2. & 3. de noui oper. mmo. l. Fulcinius 7. §. cum hoc, vbi gloss. verbo oportet, Barr. num. 1. & ceteri communiter sequuntur ex casu in posse. eorum, l. 15. ait Prator 3. vbi idem Barr. post princip. vers. Item nota ff. ne quid in sum. publi. l. Prator ait 4. §. dicere, ff. vt bon. rapr. notant iidem, & ad varia expendunt Alexand. conf. 119. num. 3. vers. Quia quoties aliquid, lib. 1. conf. 3. num. 3. circa finem, vers. Quia quotiescumque, conf. 172. num. 5. & conf. 124. num. 3. lib. 1. Philippus Dec. conf. 13. numero 5. vers. Difficultas, conf. 18. num. 4. vers. Cum ergo statutum, & conf. 160. num. 2. lib. 1. conf. 336. num. 4. conf. 401. num. 4. circa finem, vers. Et quia qualitas, conf. 410. num. 29. con. 434. num. 3. conf. 440. num. 1. conf. 471. num. 7. vers. 2. principaliter, conf. 524. num. 1. conf. 540. num. 1. vers. Et ad hoc facit, conf. 550. & 561. vbiq. num. 4. conf. 564. num. vlt. ad finem, vers. In tertio dubio, & conf. 589. num. 7. lib. 2. Philipp. Corn. conf. 2. 16. num. 3. lib. 3. Curt. Senior. conf. 59. num. 7. vers. Tum quia quoties, & conf. 60. num. 71. lal. vltra locum proximè relatum in l. si extraneus 6. num. 25. circa finem, vers. Nam quando in aliquo actu, ff. de cond. cau. dat. idem conf. 9. num. 2. 6. lib. 1. conf. 164. num. 7. lib. 2. conf. 1. num. 8. & 9. & conf. 21. num. 27. lib. 3. ac post alios Tiraquel. de retract. confang. §. 8. gloss. 7. num. 1. & 2. Fuluius Pacianus, & Ioseph. Mascard. de probat. ille, lib. 1. cap. 14. num. 8. hic verò lib. 1. concl. 468. num. 25. & lib. 1. concl. 1147. num. 11. & concl. 1159. num. 4. ac lib. 3. concl. 1254. ex num. 9. Surt. conf. 45. num. 14. conf. 248. num. 19. conf. 419. num. 6. conf. 452. num. 27. & 18. & conf. 514. num. 8. Franc. Milanensis decif. 3. num. 47. lib. 1. D. Ioan. Bapt. Valenc. conf. 51. num. 20. & conf. 83. num. 1. 34. Marius Giurb. conf. 99. num. 8. Dom. Ioannes del Castill. quodid. contron. tom. 5. cap. 89. num. 104. & 105.

Tertiò, & vltimò, quia qualitas contracti ante decimum octauum annum matrimonij, nedum tacite tanquam præsupposita requiritur à præfata Regia pragmatica, sed etiam expresse, ac pro forma, & substantia ipsius constitutionis, quæ proinde

proinde, nisi illa interuenerit, locum habere, siue effectum sortiri non potest, ex reg. Text. in l. cum hi 8. §. si Prætor ff. de transfat. cum adductis à Tiraquell. de retract. confang. §. 4. gloss. 6. num. 3. 1. & alibi passim, id quod nos alibi latius comprobamus. Antecedens probatur, quia illa qualitas adiecta est per modum conditionis, cuius præcipua nota\* est dictio si adiuncta verbo futuri temporis, quomodo cumque incetti, l. si Titio 22. in princip. illic: Sed & conditionem hoc legatum in se continet, si effectus esset &c. & vers. Nec interest, inuncta ubique gloss. verbo continet, & verbo conditionem, ff. quando dies leg. ced. l. libertas 17. §. 1. & 3. ff. de manum. testam. l. 1. §. si quis simpliciter, in princip. uncto vers. Et versa vice, ff. de verb. obligat. cum aliis non paucis: notat item gloss. verbo conditio, Bart. late explicans num. 3. & ceteri communiter in d. l. 1. ff. de condit. & demonstr. Galgner. de condit. part. 2. cap. 5. quæst. 1. num. 1. 3. 4. & 7. Ioseph de Rusticis, nonnullis congerens, ad l. cum auus, ff. de condit. & demonstrat. in proem. cap. 3. num. 22. & 23. & lib. 4. cap. 6. num. 26. & cap. 1. §. num. 38. Dom. Francisc. Bart. de success. lib. 17. de condit. cap. que uerba faciunt madum, qua conditionem num. 1. Cardin. Dom. Tusch. pract. conclus. tom. 2. lit. C. conclus. 83. per totam, & l. d. concl. 573. num. 2. August. Barbosa, plures cumulans, de dilectionibus dist. 364. conditionis autem\* illud est proprium, ut formam quandam inducat, specificè, & ad ynquem (ut aiunt) adimplendam, ad hoc ut dispositio sub ea facta locum sortiri possit, l. qui heredi 44. & l. Menius 55. ff. de condit. & demonstr. uncta l. 4. §. huius rei, illic: Et nuptiæ non secus ipso iure euanescent in stipulatio, ff. de pact. l. hoc iure 10. de verb. obligat. cum similibus, & ultra ordinarios ubique, resolunt Alexand. conf. 5. num. 8. lib. 2. Matth. Afflic. decif. 355. num. 5. Hieron. Grat. respons. 122. num. 16. lib. 1. Tiraquell. plures ex more congerens de retractu confang. §. 1. gl. 21. num. 1. 3. & de retractu conuent. §. 1. gloss. vic. num. 3. in fin. & in tract. cessante causa, limit. 1. num. 60. & 61. Menoch. conf. 1. n. 410. & 411. conf. 351. a. n. 4. & conf. 601. n. 48. & 49. lib. 1. conf. 426. n. 10. lib. 4. & conf. 432. n. 22. lib. 5. Argal. de condit. p. 1. cap. 6. num. 4. in fin. vers. Et sunt in forma, & 2. p. cap. 4. num. 1. & 2. & 9. 81. num. 1. Tusch. pract. consil. tom. 2. lit. C. conclus. 595. num. 4. D. Ioannes del Castill. quotid. consuetor. tom. 4. cap. 25. num. 9. & 10. & tom. 6. cap. 119. num. 5. & 6. & cap. 121. num. 46. Vincent. Fular. de substit. gn. 246. num. 16. & quæst. 454. num. 24. Quod maxime procedit\* in conditione legis, vel statuti, quæ in dubio formam substantialem inducit, quæ non seruata, illius dispositio locum non obrinet, Bald. in l. comparatione 20. num. 8. Ced. de fide instrum. et in authent. mari & auia, sub eodem num. Cod. de fide instrum. et in l. 2. num. 11. C. quomodo, & quam. Index. Petrus Anchar. conf. 241. n. 21. Alexand. conf. 42. num. 16. lib. 1. conf. 137. num. 15. lib. 2. conf. 50. num. 5. & conf. 100. num. 7. lib. 3. & conf. 122. num. 3. vers. Quod autem uerba, lib. 6. Philippus Deci. conf. 10. num. 2. conf. 11. num. 9. conf. 221. n. 22. ad finem, conf. 261. num. 2. conf. 434. cum. 1. & 2. & conf. 612. num. 2. & 3. Hieronymus Gratus d. resp. 122. num. 16. vers. Et in conditione legis, Tiraquell. de retractu confang. §. 36. gloss. 2. num. 19. D. Ferdin. Menchac. de success. eret. §. 4. num. 12. uncto num. 26. Guierrez pract. quæst. lib. 3. quæst. 15. a. num. 5. & quæst. 63. num. 3. Azueu. conf. 9. num. 18. Franc. Bec. conf. 12. num. 24. conf. 22. a. num. 15. & conf. 62. num. 43. Francisc. Milanen. decif. 3. num. 8. Petrus Surd. decif. 12. 2. num. 2. D. Ioannes del Castill. de reuicis cap. 27. num. 21.

10 Que quidem argumenta, etsi quandoque in

causa fuerint, ut Hispalensis Senatus aduersus minorem, post decimum octauum annum matrimonium contrahentem iudicaret, re tamen diligentius inspecta, nihil eum mouerunt, quominus contrarium, nampe in quacumque adulta ætate matrimonium contraxerit, eum esse admittendum, ut pragmatica priuilegio potiarur, frequentius iudicauerit, me iudice, quod & Granatensis curia ad quam postea euocatus sum, inconcussè obseruauit; ex sequentibus.

Primo quia lex fauorabilis, maxime ob publicam causam, in dubio minime restringenda est, sed amplianda potius, & interpretatione adiutuanda, l. etiam 18. uncto l. 1. ff. solutio matrim. l. cum quidam 19. vers. Aliamque causam, ff. de lib. & postul. l. hoc modo 64. §. 1. in fin. ff. de condit. & demonstrat. l. quousque dubia 20. in obfcura 179. uncta l. libertas 122. ff. de reg. iur. cap. odia 15. cum relatis; ad gloss. vnic. vers. In secundo, eodem tit. in 6. At pragmatica nostræ constitutio huiusmodi est, quia minoribus fuerit nedum simpliciter, sed & ob publicam causam, ergo restringi non debet ad solos minores, qui decimum octauum annum nondum attigerunt cum ad matrimonium contractum conuoluerant, sed ampliari potius, ut & eos comprehendat, qui antequam contraherent, huiusmodi exceperunt ætatem intra metas viginti quinque annorum constituti. Minor probatur, quia matrimonium omni iure fauorabile est, ob publicam causam, iustus ex eo liberis suscipiendi, quibus Respublica repletur, quemadmodum constat ex relata l. 1. illic: Ad sobolem procreandam, replendamque liberis ciuitatem, & l. Caius Scias 45. alius 46. illic: Fauore enim nuptiarum, ff. solutio matrim. l. sed si hoc 62. §. vltim. l. cum ita legatum 63. §. 1. vers. Si verò, dist. l. hoc modo 64. §. 1. (ubi vtrumque probatur) illic: Legem enim vitium Respublica sobolis scilicet procreandæ causâ latam, adinuandam interpretatione, & leuim tale 72. §. si arbitraria, cum aliis, ff. de condit. & demonstrat. l. Titia 134. in fine princip. ff. de verb. oblig. l. cum ratio 7. §. si plures, vers. fauorabiliter, illic: Cum ampliari imperium hominum adiectione, potius quam pecuniarum capia maius, ff. de bonis damnat. l. 2. & 3. Cod. de indit. iud. tollend. authent. de nupt. in princip. vers. Si enim matrimonium, collat. 4. c. 1. vers. Consultationi, iuncta gloss. verbo seruetur, plura matrimonij priuilegia congerente, extra est licet non conest. cap. fin. illic: Nisi in causa fauorabili, quæ matrimonio, de sem. & re iud. cap. fin. in fin. illic: Propter eius fauorem, de condit. appof. cum his, quæ late ubique Doctores, & alij mox referendi tradiderunt.

Secundo, quia & pragmatica nostræ ratio in hoc ipso posita est, nempe ut hominum propagationi, statulique matrimonialis felicitati, ac frequentia suppetias feratur, ut apparet ex proemio d. Capituli 19. cuius verba distat. 5. num. 1. retulimus; quæ sanè ratio minime restringitur ad minores, ante decimum octauum annum matrimonium contrahentes, sed generalis est ad omnes, illud in quacumque adulta ætate inuentus. Quod patet, quia illa non refertur tantum ad priuilegium minoribus indultum, ut si ante 18. annum matrimonium contraxerint, possint postea bona sua, & vxorum per se administranda suscipere, sed & ad alia, maioribus quoque 25. annis, sed eadem matrimonij contracti causa, maxime si id fecerint fuerit, concessa, atque his denegata, qui post ætatem illam maiorem non cælibes reperiantur, etiam sub patris pœnitenti constituti, qualia sunt, ut quatuor sequentibus annis post matrimonij contractum vacationem habeant munusculum

siue vere personalium, siue non mere, sed ratione patrimonij impostorum, & primis duobus annis, etiam mere realium, seu patrimonialium: sex autem superfluis filios masculos ex matrimonio suscipientes, etsi postea aliquis eorum defecerit, toto vitæ suæ tempore à primi generis numeribus liberentur, ut ex integro pragmaticæ contextu, ad hanc rem pertinente, videre licet, qui sic se habet, Ordenamos, y mandamos, que los quatro años siguientes del dia, en que uno se casare, sea libre de todas las cargas, y officios concejiles, cobranzas, buepedes, soldados, y otros, y los dos primeros de los quatro, de todos los pechos reales, y concejiles, y de la moneda forera (si ocurriere a caer en ellos, y si se casare antes de diez y ocho años, queada administrar entranda en los diez y ocho su hacienda, y la de su mujer, sin tener necesidad de venir, y que a los que teniendo veinte y cinco años cumplidos estuviere en casarse, se les puedan cobrar las dichas cargas, y officios concejiles, y ellos tengan obligacion a admitirlos, aunque esten en la potestad, y casa de sus padres. Item, que el que tuuiere seso hyos varones oinos, sea libre por toda su vida de las dichas cargas, y officios concejiles, y aunque saltare alguna de los hyos se continue el priuilegio. In quo (ut obiter dicamus) huiusmodi pragmatica sanctio imitata videtur antiquas leges, nempe Iuliam Miscellam de maritandis ordinibus, & Papiam Poppæam, partim quoad indictam viduitatem, & cælibum pœnas abrogatas in l. 2. §. in Cod. de ind. vid. vol. 1. & l. 1. & 2. Cod. de infirm. pœn. colib. partim quoad matrimonij, & liberorum prerogatiuas in plerisque iuris locis probatas, ut vltra iura quæ in precedenti fundamento retulimus, iuxta est ex l. 2. ff. de minoribus (quam distat. 1. num. 20. exornauimus) l. 2. ff. de excusat. iud. adigere 6. §. vlt. ff. de iur. patronat. l. qui Libertinus 37. ff. de operis liberti. nec paritatis 6. vers. Qui autem, Cod. eod. tit. l. si iurij 6. §. vlt. vers. Sed et qui plures, ff. de decurionibus l. & qui originem 1. §. quamuis 6. & §. extra 12. ac l. cura 4. ff. de imm. & honor. l. 2. §. cum 4. §. leg. ff. de vacat. mun. l. semper 5. §. demonstrat. ff. de iure inuen. l. 1. & 2. Cod. qui numero liberorum se excuset, l. in albo 9. Cod. de decurionibus lib. 10. l. nepotes 1. p. en. §. in Cod. de his, qui numero liberorum, eod. lib. princip. insi. de excusat. iud. insi. de success. liberti. §. postea autem, insi. de S. C. Teren. cap. quædam 6. dist. 1. tit. 17. p. 6. qua de re\* vltra ordinarios ubique, distent late Alex. conf. 113. numer. 4. & 5. lib. 5. cum adduct. à Rouellit. B. Alciat. lib. 3. dist. p. 1. cap. 3. & in l. 1. extra 137. ff. de verb. signifi. & de presump. reg. 1. presump. 36. num. 1. vers. Tudiè, cum seqq. Othomanus, & Anton. August. in indice legum Roman. cap. de lege iura de maritum. ordin. idem Anton. August. lib. 3. emendat. cap. 8. pag. mibi 159. in fin. cum sequent. Francisc. Baldi. in penultimis Comment. ad legem Iuliam, & Pap. Franciscus Conz. lib. 8. comment. cap. 1. numer. 5. & sequent. Franciscus Duarte. lib. 1. dist. 1. amicus. cap. 40. Ioannes Rolinus Rom. antiq. lib. 8. cap. 15. vers. vltim. & cap. 16. per totam, Petr. Grego. synag. iur. lib. 9. cap. 6. numer. 5. 6. 13. 37. & 38. & lib. 12. cap. 6. numer. 8. & de Reput. lib. 9. cap. 1. numer. 5. vers. Nec minor, & vers. Futuræ & leges D. Pract. Coutar. in 4. de pensal. 1. p. cap. 8. in princip. per tot. Auenand. de exec. mand. 1. part. cap. 19. num. 26. Pin. in rubr. Cod. de bon. mater. 1. p. num. 4. §. 16. Bduar. Cald. var. lect. lib. 4. cap. 1. num. 16. Donel. lib. 8. Comment. cap. 32. vers. Iam primis, & ad eum Hillig. alios congerens in l. Iustus Lypsius in annotation. ad Cornel. Tacitum lib. 3. annal. scholo 45. Cum itaque (ut ad institutum redeamus) \* pragmatica nostræ sanctio fauore matrimonij, siue à minoribus, siue à maioribus contracti emanauerit, ex eius ratione, & con-

textu liquet; in priuilegio minoribus ob eam causam concessio, ut bona sua, & vxorum à curatori- bus per se administranda suscipere valeant, minime restringenda est ad minores, ante 18. annum matrimonium contrahentes, tum quia ratio illa in proe- mio dist. capit. 19. apposta est, adeoque in omnibus eius membris repetita censetur, citque intellectus lumen præbet, l. si ff. de her. inst. l. regula 9. §. si quis in ius, vers. Et licet municipium, ff. de iur. & fact. l. gno. l. Titia 134. §. 1. ff. de verb. oblig. cum adductis à Menoch. de presump. lib. 6. presump. 2. num. 2. qui 6. 3. alios refert hanc reg. exornantes, & vltra eos optime Ioannes Guric. pract. quæst. lib. 1. quæst. 159. num. 2. nouissimè post plures alios Gabr. Aluarez ad Axiom. inu. lit. P. num. 108. cum 3. sequentibus. Tum etiam, quia cum plura determinabilia diuersa determinet, patifomiter ea determinare debet, ne matrimonij fauor in maioribus 25. an. quibus simul priuilegium conceditur, ampliatus, in minoribus restringatur, ex reg. Text. in l. iam hoc ius 48. §. si alter puer, & l. Lucius Titius 45. in princip. ff. de vulg. & pupi. subst. cum similibus in precedenti dist. adductis, & exornatis sub num. 31.

Tertio, & vlt. quia etsi pragmatica tantum ageret de fauendo minori, matrimonium contrahenti, adiectio tamen illa, ut si id ante 18. ann. contraheret, postea ab anno decimo octauo bona sua, & vxorum per se administranda suscipere, minime tolleretur quin post eam ætatem contrahens, eodem modo huiusmodi administrationem accipere valeat, cum eadem imò fortior ratio militet in hoc casu, cum is, qui post 18. annum matrimonium contrahit, necesse non habeat expectare aliquod tempus, ut sibi bona tradantur, quemadmodum necesse habet minor ante eam ætatem contrahens, atque ita eadem iuris dispositio multo fortius in eo vigere debet, iuxta regulam, quæ vulgò rectè deducitur, ex l. non possunt 12. illic. ad similia procedere, & l. nam et ai 13. illic, cetera quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel eodè insiustitiam suppletis, ff. de legibus, l. quadam 93. in numeralibus, illic: Quia & li numerali, sicut arpentarij rationes consunt, iuncta l. Prætor ait 4. in princip. & §. 1. vers. Nam cum singulorum ff. de edenho, l. nauis 5. §. quæcumque, illic: Nec enim dubitari oportet, quin is, qui saluum fore recipit, non solum à furto, sed etiam à damno recedere videatur, si multa capreas, l. illud 32. vers. Sed magis illic, Cum enim circa futuri actionem has ratio sit, ne ex vno delicto res familia domus careat, eaque ratio similitur, & in actione damni iniurie inueniatur, sequitur ut idem debeat estimari ff. ad l. Aquil. l. Titio 108. vers. Nam cum conditio, ff. de verb. obligat. cum similibus iuris locis, quæ vltra glossas, & DD. ubique, ad hoc expendunt Alex. conf. 53. num. 3. lib. 4. Tiraquell. in tract. cessantis causa, 1. part. num. 154. & 156. Nicolaus Eucrat. in locis legal. loco 79. à ratione legis leg. 4. numer. 1. & 76. Roland. à Valle conf. 71. num. 19. vol. 1. & conf. 14. a. num. 22. vol. 3. Surd. conf. 96. numer. 20. conf. 215. numer. 17. & decif. 19. num. 1. D. Valenciu la conf. 18. numer. 84. conf. 9. num. 38. conf. 71. num. 15. & conf. 82. num. 62. lib. 1. conf. 127. num. 40. & conf. 17. num. 43. lib. 2. Farinac. fragm. criminal. p. 1. lit. E. num. 51. & 53. Dom. Ioannes del Castill. innumeros cumulans quotid. consuetor. tom. 6. cap. 171. num. 7. l. que merito, \* nam vbi casus in lege omisus, eandem rationem habet cum expressis, etsi verborum cortice inspecto, in lege ipsa non comprehendatur, nec veniat, venit tamen ex mente eius, quæ ex ratione deducitur, atque ita tacite sub eadem lege includi videtur, l. hænegonda 18. illic, Benignus leges interpretanda sunt, quò voluntas eorum conseruetur, l. in ambigua 19. illic, Cum etiam voluntas legis ex hoc colligat

colligi possit, contra legem 29. vers. In fraudem vero. cum sequens ff. de legibus, non dubium 6. Cod. eod. tit. cum mulier 47. alias 49. illic. Si tamen ex mente legis sumer quis, ut nec accipere possit qui lenocinium uxori praeberit, audiendus est ff. solutio matrimonii. sine oportet, 13. §. illud etiam 2. illic. Sed & si maxime verba legis hunc habeant intellectum tamen mens legislatoris aliud vult ff. de exco. inter l. nominis. & rei 6. §. 1. illic. Verbum ex legibus sic accipiendum est, tam ex legum sententia, quam ex verbi, ff. de verb. signif. l. his solis 7. vers. De ceteris, illic. Satis etiam tacite cautum putamus Cod. de reuocand. donat. princip. in fine legit. patron. int. illic. Non quia nominatim in ea lege de hac tutela caueatur, sed quia perinde accepta est per interpretationem, ac si verbi legis introducta esset, cap. ult. de reg. iur. lib. 6. Vnde \* lex in vno casu ex certa ratione quicquam statuens, non tam extendi dicitur ad alium, in quo eadem, vel maior ratio militat, quam eum comprehendere, vt cum pluribus resoluunt Tiraquell. ad l. si vnaquam, verbo libertis, ex num. 45. C. de reuocand. donat. & in tract. cessante causa part. 1. num. 142. iunctis per ipsum traditis ex n. 138. & de reuocand. donat. §. 2. gloss. v. n. num. 2. Aymon Craueti conf. 62. num. 14. conf. 181. num. 3. conf. 186. num. 11. & conf. 227. num. 4. & 5. & de antiquit. temp. 4. p. princip. in princip. a num. 90. Euerard. d. loco 79. num. 19. Roland. à Valle conf. 127. num. 6. & 7. & d. conf. 72. num. 39. ad 47. lib. 3. & d. conf. 14. n. 30. & 31. lib. 3. Mandelus de Alba conf. 770. num. 43. & conf. 771. num. 31. & 40. lib. 4. Menoch. conf. 11. num. 9. & 10. & conf. 344. num. 11. & de recuper. poss. remedi. 14. num. 20. & de arbitrar. lib. 3. casu 6. & 84. vbiq. num. 9. Camil. Gallin. de verb. signif. lib. 2. cap. 10. per tot. maxime num. 2. & 4. & ad num. 8. atque alibi saepe, D. Mol. de Hispan. primog. lib. 4. cap. 5. num. 12. & lib. 3. cap. 5. num. 3. vers. Ita vt dispositio, Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 6. Gaspar Ant. Thelaur. quast. forens. lib. 1. quast. 91. nu. 7. Ioan. Gutierrez. praef. quast. lib. 3. quast. 17. & 18. n. 35. cum d. vobis segg. Ioan. Petrus Surd. conf. 202. num. 42. lib. 3. & decis. 276. num. 8. Hieron. Gonzalez. ad reg. 8. Cancellariae, in proemio §. 7. num. 105. Stephanus Gratian. disceptat. forens. tom. 5. cap. 918. num. 66. Farinacius dist. l. 2. num. 52. & 167. Marius Giurba ad consuetud. Senat. Messanen. cap. 6. gloss. 1. num. 13. D. Valencuela conf. 62. num. 9. conf. 96. num. vlt. lib. 1. d. conf. 127. nu. 41. & d. conf. 137. num. vlt. lib. 2. D. Ioan. del Castill. quet. controu. tom. 6. cap. 169. a num. 9. & c. 171. num. 10. & cap. 181. n. 7.

21 Neque verò id dumtaxat locum obtinet in lege noua, aliquid praeter ius antiquum disponens, quam primariam plerique vocant, in qua res expedita est, iuxta tradita à Crauet. de antiquit. temp. d. 4. p. num. 74. Euerard. d. loco 79. num. 76. Farinac. d. l. 2. num. 125. fed etiam in lege iuris communis correctoria, a vt ab eo exorbitant (maximè si simul sit fauorabilis, vt nostra) vel etiam poenali, nam & huiusmodi leges ex rationis identitate extenduntur ad casum in eis non expressum, quasi subnente, & ratione inclusum, vt in terminis 23 voluere \* gloss. verbo ordinem iuncta Textui, in athenico de hered. ab intest. venient. §. penult. collat. 9. & verbo tuelan, in athenica mari, & ania (quae inde sumpta est) Cod. quando mulier tutela off. fungi poss. quae nouellam illam constitutionem, matri, & ania tutelae officium permittebant contra generalem regulam, id mulieribus denegantem, ex rationis identitate extendunt ad curam; similis \* verbo preuisione, vers. Sed cum quotidie, in cap. si postquam 32. de elect. in 6. & verbo Italiae, vers. In contrarium, in cap. 1. de tempor. ordinat. eodem lib. quae illorum iurum decisionibus poenales, ex ra-

tionis identitate ad similes casus ampliant, & \* verba eligantur, vers. Contrarium tamen, in Clement. 1. de elect. quae Text. illum prohibentem, vnius ordinis religiosum in alterum praelatum eligi, ex ratione, quae eundem cap. initio exprimitur, quod rationi non congruat, vt homines disparis professionis, vel habitus, simul in eisdem monasteriis locentur, ad prouisionem extendit, quae alioqui ab electione distinguitur, cap. cum in illis 16. §. illis vero, de praelat. in 6. quarum glossarum traditionem communiter vbiq. interpretes receperunt, ex eis praefatam regulam deducentes, quam & verissimam, & receptissimam esse resoluunt Tiraquell. in dist. tract. cessante causa, 1. part. num. 158. cum duobus sequent. & in re. l. 1. si vnaquam, verbo libertis, a num. 44. Euerard. d. loco 79. num. 11. & a num. 18. 41. & 55. Aymon Crauet. de antiquit. temp. dist. 4. part. in princip. a num. 86. & conf. 22. num. 4. §. 6. Palacius Rubens, alias adferens glossas, in refer. rubr. de donat. inter §. 68. num. 9. vers. Nec obstat, & num. 14. vers. Sed nihilominus, D. Praes Couar. ad cap. Reynaldus, de testam. §. 2. num. 6. iuxta veterem edit. alia num. 10. & 11. Roland. à Valle dist. conf. 127. num. 8. & dist. conf. 72. num. 37. 38. & 45. Camillus Gallin. de verb. signif. lib. 6. cap. 8. num. 11. & a num. 14. & lib. 7. cap. 9. a num. 5. & cap. 22. & 23. per tota, D. Ferdinandus Menchae. de success. creat. lib. 1. §. 8. num. 8. & lib. 3. §. 30. num. 177. vers. Quod addo, iuxta editionem Salomonianam, D. Ludouicus Molin. de Hispan. primog. dist. libro 1. cap. 5. num. 19. & dist. lib. 3. cap. 5. num. 6. D. Antonius Corduba de Lara ad l. si quis à libertis §. 5. idem index num. 50. §. 1. ff. de liber. agnos. Ioannes Gutierrez. de iurament. confirmat. 3. part. cap. 2. num. 8. & 9. & conf. 50. num. 8. & Canon quast. lib. 1. cap. 10. num. 5. & praef. quast. lib. 3. quast. 17. a num. 76. & de iur. 3. part. c. 13. n. 18. Menoch. de praesumptio. lib. 5. praesumpt. 33. a num. 18 (vbi de lege poenali loquitur) Petrus Augustinus Morla, de eadem lege tractans, in emp. iur. ad tit. de legib. quae 6. num. 16. Frat. Eman. Rodericus quast. regulat. tom. 1. quast. 67. artic. 1. & 2. & in eorum compendio Frat. Hieronym. Rodericus, nonnullos congerens, resolu. 90. ex num. 10. Patet Sanchez de matrimon. lib. 3. disputat. 42. num. 4. author curia Philipp. 1. part. §. 8. num. 16. D. Ioannes del Castill. quodid. controuers. tom. 3. cap. 28. a num. 21. & tom. 5. cap. 170. num. 7. dist. cap. 171. num. 15. & dist. cap. 181. num. 7. ad finem, qui idem resoluunt in ratione legis, quae licet in ea expressa non sit, ita tamen certa, & euident est, vt alia reddi non possit, qua de re infra dist. 10. commodiis differam.

26 Quae quidem resolutio, etsi à plerisque impugnatur, vasilisque distinctionibus intolatur, vt videre est apud Camillum Gallinum, diuersas Doctorem sententias referentem, de verb. signif. lib. 6. cap. 6. & 7. per tota, & cap. 8. a num. 2. ad 13. inclusiue, & lib. 7. cap. 3. Pet. Barbof. in l. si constante 25. ff. solut. matrim. a num. 96. vers. Et hac de prima (vbi agit de lege exorbitanti, quam ipse cum Iaf. à limitatoria, de qua paulo ante scripserat, distinguit) & a num. 101. vers. Tertia principalis (vbi late de lege correctoria Farinac. d. 1. part. fragment. l. 2. E. a num. 120. 130. & 144. D. Ioannes del Castill. nihil certum firmantem, sed tantum Barbof. & aliorum dicta referentem dist. cap. 171. num. 16. 17. & 18. nedum in praxi receptissima, sed & in puncto iuris verissima est, & vltra iura, quae pro ea supra a num. 23. induximus, atque alia, quae à praetitis DD. adferri solent, ex sequentibus potissimum probatur.

Imprimis

27 Imprimis ex l. si quis id quod 7. §. quod si dum proponitur, ff. de iurisd. om. iud. vbi cum poenalis actio ex Praetoris edicto in eum prodita esset, qui iurisdictionis perpetuae causa in albo propositum corruperit (quod album quale esset, vltra DD. ibi maximè Coraf. num. 3. scribitur recte idem Coraf. lib. 4. miscell. c. 6. Duar. ib. 1. dist. annuif. cap. 48. ex ea quae lege ad contumptem Praetorem proclamata, & monitoria Episcoporum edicta, praeforibus Ecclesiae posita, vtiliter post alios infert Menoch. de arbit. lib. 2. casu 281. numer. 1. 2. & 3. qui num. segg. infert etiam ad alia, in quibus regulariter, nisi aliud sit municipalis lege cautum arbitratum esse poenam statuit, rectèque exorat, & explicat) praefata quidem actio licet inspectis verbis eum tantum complectatur, qui quod in albo iam propositum erat corripuit, ex edicto tamen mente ad eum portigitur, qui dum proponitur, vel ante propositionem corrupti, quippe in quo eadem viget, Praetoria maiestatis contemptae ratio, quae in l. si familia 9. illius tit. exprimitur, idque Vlpian. in dist. §. quod si, satis distet, significat, illic: Edicti quidem verba cessantibus, Pompan. autem ait, sententiam edicti perigendam esse ad hac, vbi praef. aliis obseruat rectè Coraf. num. 9. & 10. idem ad l. Gallus 29. §. etiam si à parente num. 5. ff. de liber. & posthum. quicquid variando differant doctissimi Nauar. aliter explicans ad rubr. de ind. num. 72. vers. Nec obstat.

28 Secundo ex l. 2. §. exercitum, vers. Sed hoc etiam, ff. de his qui not. infam. vbi cum Praetoris edicto, relato in l. 1. illius tit. miles ignominiae causa exercitii missus infamia notetur, etsi exercitus nomine non vna tantum cohors, vel ala; sed integra legio, multis militum numeris constans, proprie significetur, vt Vlp. ait in dist. §. exercitum, in princip. nihilominus in dist. vers. Sed hoc etiam Praetoris edictum de eo quoque interpretatur, qui ab aliquo numero militum missus est, vt & hic quasi ab exercitii missus infamias sit; ex eo nimirum, quod ratio dicitur publice fidei, à milite pro officio debita, qua Praetoris edictum nitebatur, non minus in sic missis locum obtinet, cum non ex numero militum, sed ex propria ipsius persona aestimetur, vt rectè Anton. Faber ad eum locum obstat, adeoque eadem in hoc casu ratio sit partis quoad partem, quae est totius quoad totum, ex regula ligna de tota 76. ff. de rei. iud. cum similibus, supra à me relatis dissertat. 4. num. 20.

29 Tertio ex l. si filiusfamil. 4. (quae alia est sub l. si quis 3.) §. si autem, vers. Quod litam demum, l. sed Iulianus 9. (quae alia est sub litem si filiusfamil. 7.) §. manus dationem, vers. Sed si fraus, & l. filium habeo 16. (alias 14.) vers. Dixi, ff. ad S. C. Macedon. vbi id Senatusconsultum, quod mutuum pecuniam filiosfamil. dantibus actionem denegat aduersus patrem, vel filium ipsum, etiam sui iuris factum, l. 1. ff. eod. tit. §. illud proprie, inst. quod cum eo, contra reg. Text. in l. tam ex contractibus 5. ff. de iudiciis, l. filiusfamil. ex omnibus 39. ff. de obligat. & act. imprimis extenditur ad speciem filiosfamil. venditran, vt is pretium eius haberet in mutui vicem, & ad fructus mutuos, puta vinum, oleum, frumentum, vt his distractis, vteretur pecunia, foris & ad nepotes, qui filij nomine proprie non continentur, l. quid si nepotes 9. de testam. intel. nempè idèd, quia & in horum persona, & in relatis casibus militat ratio Macedonianum Senatusconsulti, in dist. 1. v. & in d. §. illud expressa, ne scilicet malis filiorum mo-

D. D. Vela Dissertat. Iuris Tom. I.

tibus, ac parentum vitae infidantem anfa praebetur.

Quarto ex l. Senatusconsulto 39. l. si quis tutor 60. in princip. iuncto §. 1. §. quid ergo 2. §. qui autem 3. & §. penult. & fin. & l. liberum 64. §. 1. ff. de ritu nupt. vbi Senatusconsultum tutori prohibens, ne sibi vel filio pupillam suam nuptum collocaet, in aliis eiusdem titulo legibus repetitur, & in integro tit. C. de interdicto matrum, quod tamen hodie, tamen iure nostro Regio probatum in l. 6. tit. 17. p. 7. in vfu non est, ob contrariam dispositionem Iuris canonici, quod in hac spiritali materia praevalet, iuxta superius à nobis tradita dist. 1. num. 62. ex ratione finali, qua motum est, scilicet ne pupillae in re familiari circumscribatur ab his, qui gesta tutela rationes reddere compelluntur, extenditur ad sponsalia de futuro, quae viam ad matrimonium sternunt, in dist. §. quamuis, iuncta l. oratio 16. ff. de sponsalibus, item ad nepotem, qui post filium tutori successurus est, eodèque reddende rationis onere implicandus, d. l. Senatusconsulto, de qua vltra Doctores ibi, & à me relatos dist. num. 62. differit optime Vincentius Caroc. decis. 81. & ad sustententem tutela periculum non quidem alieno nomine, vt magistratum, vel fideiussorem, dist. l. si quis tuor, §. 1. sed proprio, licet actu tutelam non exercentem, puta si ab ea ob pupillae captiuitatem eximatur, vel alias falsò excusetur, d. l. si quis tuor, in princip. iuncto §. item si tuor, inst. quib. mod. tut. fin. & §. fin. inst. de exco. tut. aut si honorarius sit tutor qui quasi custos actu exercentis designatur, idèdque in subsidium tenetur, d. §. quid ergo, iuncta l. 1. §. 1. & 2. ff. de administ. tut. vel h. etiam proprius tutor in administratione cessauerit, alio forsitan substituto, d. §. qui autem, iuncta l. ita autem §. §. quod si quis, ff. de admin. tut. l. curator, 12. Cod. qui dare tut. poss. & ad filium naturalem, & legitimum, in adoptionem alij datum, dist. §. penult. quoniam adhuc patris tutoris legitimus successor est, l. cum in adoptis 10. C. de adopt. & ad heredem etiam extraneum, qui non minus tutela periculum subit, pro eo quoque tempore, quo tutor à non admittenda excusatione appellauit, d. §. vlt. & d. l. liberum 64. §. 1. qua de re omni vltra DD. in relatis locis, differit optime Paul. Montanus de iur. l. 26. n. 63. & 64. c. 3. effectus 3. per totum, vbi relata iura, & alia in proposito interpretatur, & cap. 39. num. 70. 189 & 190.

Quinto ex d. l. cum mulier 47. (al. 49.) vers. Si tamen, ff. solut. matrim. vbi cum lege cautum esset, maritum ab vxore post diuortium conuentum ad dotis restitutionem, non posse vtiliter de vxoris adulterio, cui ipse lenocinium quoquomodo praebuit, excipere, vt dotem retineat, quia replicatione de lenocinio opposita excluditur, illa addita ratione, quod non debeat maritus improbare mores, quos ipse aut ante corripuit, aut postea probauit, subiungit Scruola, ex huius legis mente, quae ex ratione illa deducitur sumere quem rectè posse, vt nec accusare vxorem possit maritus, qui ei lenocinium praebuerit, etsi hoc lege non exprimat, quia nimirum sicut maritus ab vxore de dote conuentus, de adulterio excipiens, replicatione lenocinii ob relatam rationem excluditur, sic ipse eam de adulterio accusans, lenocinii exceptione ex eadem ratione excluditur, facit regula Text. per argum. à contrario sensu in l. 1. §. si autem, 4. vers. Nam cui damus, ff. de superficie l. iunior 156. (al. 199.) §. cui damus, ff. de reg. iur. cap. qui ad agendum 71. eod. tit. in 6. & in sensu directo in l. nec inuenio 2. iuncta gl. vlt. & communi, C. de transact. &

G 82

& in terminis sic prae alijs obseruat optimè Bald. notab. 5. & 7. ius num. 4. & 6. & Paul. Castren. n. 3. & 9. in dist. l. cum mulier.

32 Sexto ex l. 1. §. quid si curatores 29. D. ad S.C. Terul. ubi mater, quae ob non petiuit tutorem filio impuberi, legitima eius successione ex Senatusconsulto illo priuatur, cuius verba referuntur in §. si mater non petierit, eiusd. legis, & in l. 2. §. 1. vers. Mater enim ff. qui per. ius. quod & constat ex l. matris 6. in princip. & l. cum à matribus 8. in fin. per arg. ab speciali, Cod. eo tit. l. memem 6. C. ad S.C. Terul. §. pen. in ff. eod. tit. l. fiant 10. Cod. de leg. hered. & apud nos probatur in l. 12. tit. 16. p. 6. vbi latè explicat Greg. Lop. gl. 4. lo. Bapt. Plorus de in lit. iurando, §. 5. n. 27. Marant. ad las. potest. à n. 2. 19. ff. de acq. hered. Ant. Gom. ad l. 1. §. 1. & duas sequentes Tauri, à n. 18. Galp. Baec. de decima tutor. c. 4. num. 53. Ioan. à Rojas de success. c. 30. num. 1. 6. ac post alios latissimè Ioan. Gutierrez. & Paul. Monta. de tutel. ille 1. tit. 16. à num. 3. 2. & 3. hic verò cap. 15. ex num. 84. eadem poena afficitur si non perat curatorem filio impuberi, nempe quo casu eo cecat, l. 1. in fin. ff. qui perat. tutor. puta ob aduersam tutoris vultudinem, vel lenium ætatis, iuxta Tex. in l. solet 13. in princ. ff. de tutel. & in l. non solum 10. al. 12. §. ff. de excusat. tutor. aut si alias legitimus tutor non sit idoneus, §. interdum 3. iust. de curat. nam & si Senatus-consulti verba hoc casu deficiant, eius tamen mens, & ratio viget, vt in d. §. quid si curatores, traditum est, illic: Siquidem impuberibus curatorem petijt, eandem esse rationem (quicquid aliter explicat Nauar. in rub. de iud. num. 72. §. nec obstat. vers. ad prad. s.) Idemque in §. q. ex eadem ratione traditum est in matre prægnante, curatorem bonis non petente, & vtrumque vltra DD. vbiq. profecuntur Marant. in d. l. las. potest. n. 216. & 217. Greg. Lop. (contrarium inde rectè cum Ioan. Andr. quem refert, probans in eiusmodi matre, curatorem ventri non petente) in d. l. 12. §. 4. vers. finem, vers. Quid autem de muliere, & Ioan. Gutier. (qui eadem adhaeret sententia cum Bald. quoque à se relato, aduersus Nicolam de Vualdis, & Marantan) dist. cap. 16. num. 48. 49. & 50.

33 Septimo ex l. non sine ratione 5. Cod. de bonis. qua liber. ubi cum in l. illius tit. cautum esset, vt quod alter coniux alteri, in patria potest. constituto, matrimonij causa contulerit, patri minime quoad proprietatem acquiratur, contra generalem reg. qua traditum est, quicquid filiusfam. acquirat, patri, sub cuius est potestate, eodem momento omnino acquiri l. placet 79. ff. de acq. hered. l. acquiritur 10. l. ea que citatur 53. & l. si is qui in aliena 63. ff. de acq. ver. dom. in fin. l. 1. §. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. non alia ratione, quam quia cum in bonis, ex linea materna ad filiosfam. delatis, ita fuerit statutum vt minime illa patribus quoad proprietatem acquirantur, sed quoad solum vsumfructum in l. 1. §. 2. C. de bon. mar. idem in his obseruari conueniat, quæ ab vno coniuge in alterum filiusfam. collata fuerint, quæ ratio aperte traditur in d. l. 1. C. de bon. qua lib. eius legis dispositio ex eadem aequitatis ratione in d. l. non sine, in fin. ad sponsum, vel sponsum, cui tale lucrum obtigerit, porrigitur vt agnoscit, licet sub dubio, Burgenf. Marc. Salon de Pace ad l. 1. Tauri, n. 40. ad fin. vers. Potest etiam; cum seq. Quam quidem legem \* de sponsa de futuro dumtaxat intelligit D. Præses Couar. de sponsal. l. p. cap. 1. n. 8. iuxta nouiorem editionem, quia (inquit) vitur verbo sponsalitate largitatis, seu (quod idem est) donationis, quod spondis de futuro tantum proprie conuenit, l. cum veteram

34

15. Cod. de donat. ante nupt. aubent. vt sponsaliti. largitas, in princ. collat. 9. l. 2. circa finem, vers. La otra es, illi: Et esdonadio se dà ante quæ matrimonio sea acabado por palabras de presente, tit. 11. p. 4. & quia in sponsis de presenti iam idem statuerat relata lex 1. C. de bonis, qua lib. sub nomine viri, & vxoris. Sed (pace tanti viri dixerim) planè fallitur, \* quia viri, & vxoris verbum, quo vitur d. l. 1. refertur ad coniuges, qui iam matrimonio vii ceperunt, atque ita excludebantur sponsi etiam de presenti, nondum matrimonio vii per carnis commixtionem, & mutuum cohabitationem, qua propter dubium circa eos exortum necesse fuit declarare, vt in d. l. non sine vers. Quamuis satis disertè traditum est, illic: Quamuis ergo significatiõne nominis, maritus vel vxor post ceptum matrimonium intelligatur, ex quo videlicet inducitur dubietas, & sponfalitate largitatis vocabulum, & si ad sponso de futuro tantum referatur, supponit tamen, illam fuisse donatio que sitam, cum de excludendo eius parte agatur, quod irruocabiliter non nisi per matrimonium de presenti inter sponsum, & sponfam celebratum contingit, vel si sponsi fuerint de futuro, per matrimonij impedimentum à donatore præstitum, dicit. cum veterum, ad quem casum satis esse ampliare decisionem d. l. non sine, quæ sub nomine sponsozum, sponso de presenti ante matrimonij vsum, siue carnis commixtionem, & mutuan cohabitationem dumtaxat intelligit, vt dictum est, quomodò eam legem communiter DD. intelligunt, vt videre est apud Curr. iun. in l. 1. num. 9. Cod. unde vir & vxor, Ioan. Gutier. de tutel. l. p. cap. 9. num. 28. ex ea verò generaliter intellecta ad plura inferit Ioan. Aloyf. Riccius in collect. decis. 3. p. collect. 538. & adhuc non obstante eius l. decis. non parum dubitabile est, \* vtrum statutum, patrem dotis, aut nuptialia lucra deferens viro supersit, vxore absque liberis decedente, cum habeat in sponsis de presenti ante matrimonij vsum, vt videre est apud Abb. conf. 1. n. 4. & in c. ex publico, à num. 7. de conuers. coniug. & alios congeitos à P. Thom. Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 1. num. 5. & vltra eos optimè Ang. in §. fuerat, in ff. de att. à num. 66. ad 72. inclusiue (qui rem, ex professo disputat, variis hinc inde fundamentis allatis) & Montalium, qui alios congeit, in l. 1. gl. 1. vers. Circa huius l. materiam, tit. 3. lib. 3. fori, qui omnes negatiue concludunt. Quare \* ampliatio d. legis non sine, ad sponsum de futuro, cui nuptiale lucrum promissum esset, & re vera questum, ob matrimonij impedimentum, sibi à donatore præstitum, iuxta speciem Text. in d. l. cum veterum, vt nec id patrifam. quoad proprietatem acquireretur, sed quoad solum vsumfructum. quod speciale vis erat ante decisionem legis cum oportet 6. C. illo tit. de bonis, qua liberis multò dubitabilior, sed & improbabiliior foret; tum quia esset ampliatio ampliatiõis legis correctoria, aut exorbitantis, quod duplicem contineret specialitatem, contra reg. Tex. in l. 1. Cod. de dotis promiss. cum vulgatis tum etiam, \* quia disposita in viro & vxore, ad sponso de presenti vt plurimum trahi possunt, qui in vfu iuris coniuges non vobantur ante matrimonij vsum, & mutuan cohabitationem, non etiam ad sponso de futuro, iuxta iura sic accipienda in l. miles 11. §. quarebatur, per arg. ab speciali, & in l. si vxor 13. §. Diui, ff. ad l. l. de adm. illic: Etiam in sponsa hoc idem videndum, quia nec matrimonium qualecumque, nec spem matrimonij violare licet (vbi spem matrimonij intelligo cum Barr. ibi numer. 1. minus rectè taxato à D. Couarru. mox referendo,

referendo, spem matrimonialis vsum, quæ sola est in sponsa de presenti, anequam in domum viri ducta, & ab eo cognita sit) & in §. si quis vxorem 6. illic. Si quis vxorem suam velit accusare, dicatque cum adulterium commississe antequam sibi nubere, tunc viri accusationem instituere non poterit; quia non enim ei nuptia est, adulterium commissit, vbi nuptia accipienda est, quæ in domum viri ducta, & ab eo cognita est, & antè sponsa de presenti tantum, ac denique in §. si minor 8. eiusdem legis (vbi hoc magis declarat) illic: Si minor duodecim annis in domum deducta, adulterium commissit, mox apud eum atatem excesserit, capereque esse vxor, non poterit iure viri accusari ex eo adulterio, quod ante atatem nuptia commissit, sed vel quasi sponsa poterit accusari ex rescripto Diui Severi; quod supra relatum est, vbi (quod valde notandum est) eadem vocatur sponsa, nempe de presenti, & nuptia quia in domum ducta, sed quia nondum à viro cognita erat, ob ætatis defectum; à nomine proprio vxoris excluditur, dicitur enim quod postea cepit esse vxor, hoc est per matrimonij vsum, siue carnis commixtionem; quomodo etiam accipit Text. in l. propter violatam 7. C. eodem tit. (quæ ex illis legibus sumpta est) illic: Nisi puella violata sponsa eius fuerat (hoc est de presenti, nondum in domum viri ducta, & per carnis commixtionem vxor effecta) quicquid iura illa alteri, atque aliter interpretentur viri alioqui doctissimi Iacobus Cuiac. lib. 6. obseruat. cap. 16. D. Præses Couar. in 4. d. 1. p. cap. 1. num. vbi 10. 13. 14. & 15. & D. Francisc. Samien, elect. interpret. lib. 1. cap. 5. ex num. 1. quod & apud nos constat \* ex l. 2. vbi notat Montalium gl. 1. tit. 7. lib. 4. fori, l. 4. in princ. tit. 1. p. 4. iuxta quam accipienda est lex 1. ibi O de posada cum ouo, tit. 17. p. 7. quicquid aliter interpretetur Gregor. Lopez ibi gl. 2. sub eo verbo, & ex l. 2. vbi obseruat Did. Perez gl. 2. in princ. tit. 1. lib. 3. ordinam. quæ est lex 3. vbi notat & Azueed. à num. 1. ad 5. vbi plures alios congerit, tit. 10. lib. 8. noua compilat. & inter huius doctrinæ fautores fuit etiam D. Couarr. d. §. 1. num. 11. & 12. (qui non satis sibi consistere videtur, licet ex num. seq. se à contrarietate tueri nitatur.)

40 Octauo ex l. his solis 7. vers. De ceteris, illic. Satis etiam tacite cautum putamus, Codic. de reuocand. donation. cuius sup. num. 10. meminimus; vbi cum in illius legis initio matribus, quæ ad secundas conuoluntur nuptias facultas denegata esset, donationem, à se filiis prioris matrimonij factam, ex quacumque ingratiudinis causa reuocandi, contra generalem regulam, qua donationis vitiumque perfectæ reuocatio ex certis ingratiudinis causis donatori permittitur lib. 1. penultim. & fin. C. illo tit. §. sed sciendum inst. de donat. cap. fin. extra eodem tit. (quæ tamen nouissimè etiam matribus binubis ex tribus grauioribus petmissa est, nouella 23. cap. 5. siue auth. de nuptiis, §. mater tamen, collat. 4. vnde sumpta est authentica quod mater, C. illo tit. de reuocand. donation. apud nos probata in l. 10. vers. Mas si muget aliqua, tit. 4. part. 5.) ex tacita legislatoris mente, ac necessaria interpretatione in relato vers. De ceteris extenditur ad matres, inhoneste; ac tunc post mortem viuentis, eodè quod in his multo fortius militet eius legis ratio, quæ non alia esse potuit; quam quod mulier, & ad secunda vota transiens, iniuriam quodammodo irrogare videtur viro defuncto, & ex eo susceptis liberis cum non satis se pudicam, & honestam, longèque minus affectam erga liberos ipsos exhibere. D. D. Vela dissertat. Iuris Tom. I.

rit, l. lex que tutores 22. §. lex enim, C. de admittit. tut. nouel. 2. cap. 1. & 3. siue aub. de non eligendo secundò nubentes, §. prospeximus, vers. Quoniam omnibus, & §. cum igitur, post med. vers. Optimum igitur, collat. 1. ac d. nouella 22. c. 2. & 43. siue auth. de nuptiis, §. soluto, illic. Et non procreatam sobolem sequentibus matrimonij forsitan contristare, & §. qua vero, vers. Nam nec illud, illic. Et defuncti animam contristare, iuncta gl. verbo defuncti, vers. Vel propter, coll. 4. quæ & similia iura ad hoc potius notantur Andr. Tiraq. ad l. bones 89. hoc sermone, in princ. num. 145. ff. de verb. signif. Did. Castellus verbo las mugeres, vers. Item mater, Palac. Rub. num. 6. Ant. Gom. num. 9. vers. Item quia, in 1. & 2. alij Regnicolæ in l. 15. Tauri, & similia compilat. D. Couar. in 4. p. c. 3. §. 9. n. penult. & vtr. iuxta nouiorem edit. Rolan. à Valle conf. 95. num. 11. & 21. vol. 1. & conf. 81. num. 3. vol. 3. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 93. n. 2. & 3. Card. Mantica de coniect. vlt. volum. lib. 11. tit. 1. 9. n. 32. Andr. Gaill. optimè comprobans, pract. obseruat. lib. 2. obseru. 98. n. 15. cum seq. D. Ioan. del Castill. de vssu. c. 2. num. 86. & 87. vnde \* merito Portia minoris dictum commendatur ab Erasmo lib. 8. apophthegmatum, quod cum apud eam laudaretur mulier quædam, vt bene morata quæ tamen iteratè matrimonium; Felix (inquit) ac pudica matrona non nubit nisi semel, non passa illam inter bene moratas numerari, quæ citra necessitatem adsciceret alterum virum, nam multas huc ogit cegitas, porro coitus gratia nubere, est non vere pudicatum, & in terminis d. l. his solis, hanc eius ratione, quæ sola nixa est commendat Bald. ibi n. 4. & in rub. n. 1. C. de nar. fem. cuius ad idem meminit Camil. Gallin. de verb. signif. lib. 7. cap. 4. num. 3.

Denique ex c. cum dilecta 4. vers. Nos igitur, de confirm. vtili, vel inu. vbi cum iure ciuili cautum esset, testes necessitate imminente, puta ob timorem mortis eorum, vel longa absentia ante litem contestatam examinari posse citato aduersario, licet venire renuat, nouel. 90. c. 1. & 9. siue auth. de testib. §. & licet dandum, vers. dam ad hoc ipsum, illic, testes volentes producere, vt non in postvram opponatur eis, quæ ab vna parte gesta sunt, & vers. Si vero noluerit, collat. 7. aubentice, sed est quis, Codic. de testib. id quod Canonum iure approbatum sit in c. quoniam frequenter 5. vers. Nisi forte, vt lite non contestat. si cum olim. 34. vers. verum, c. significauit 41. & c. Albericus 43. de testibus contra generalem regulam dicitur tituli vt lite non contest. vt in relatis locis communitè DD. notarunt optimè Camil. Gallin. de verb. signif. lib. 10. cap. 32. n. 38. ex ratione quidem illa, quæ vtrumque vis motum est, nempe ne probationum copia fortuitis casibus subtrahatur, extenditur ad renouationem priuilegij, vetustate consumpti, in qua eadem viget ratio, vt notarunt Abb. n. 6. Dec. n. 3. ad l. 13. in d. c. cum dilecta, Franc. Ripa, hanc eius cap. inductionem ab impugnationibus Alex. & Iaf. eleganter defendens, in l. si constante, n. 7. §. soluto mat. Nauar. in c. 1. §. laborer, num. 1. 4. de pen. dist. 6. D. Anton. Padilla in aub. res. qua n. 9. C. communita de legat. Camill. Gallin. de verb. signif. lib. 7. c. 1. à num. 17. Petrus Barbosa in d. l. si constante, num. 94. & 95. Quicquid ipse hoc tantum admittat in lege limitatoria, qualem illam esse ait, non etiam in exorbitanti, quam à num. 91. vers. His ita resolutis, cum Iaf. à n. 72. ab illa distinguit; est enim longè verius legem exorbitantem à limitatoria non distare, exorbitare namque inspecta verbi notatione nihil aliud est, quam ab orbita, siue communi, & lata via deflectere, vt significat Diuus Augustinus

lib. 9. de Civitate Dei, dum ait, Nihil approbantes, quod exorbitet ab iure sapientia, adeoque idem est, quod à communibus iuris regulis ex peculiari aliqua ratione deviare, cap. qua à iure communi 28. ubi gloss. ord. Dynus in princip. & Petrus Pech. numer. 6. de reg. iur. lib. 6. limitate autem idem est, quia nihil est aliud, quam intra certos limites communem regulam coercere, arg. Text. in l. in agris 16. ff. de acquir. rer. dom. cum traditis ab Alciato lib. 1. praximissorum, verbo limitatis agri, nec quod respiciat fauorem, vel odium certarum personarum, quicquam aliud efficere potest, quam vt ad alias personas regulariter non extendatur, vt infra explicabimus; ex quibus sic melius obseruauerunt Ioan. Crotus numer. 58. & Ripa dist. numer. 78. in relata l. si constante: Alciatus de verbor. signific. lib. 2. numer. 54. Camillus Gallinius sub eod. tract. dist. lib. 7. cap. 1. numer. 1. cum 3. seqq. Menoch. de recuper. possess. rem. 21. num. 25.

44 Illud vtiq; verissimum imprimis est, legendi correctoriam vel exorbitantem, ex ratione in ea non expressa, sed præsumpta tantum, quam solam reddi posse euidens non sit, minime extendi posse ad casus, in quibus illa præsumpta ratio militet, sed nec ex expressa ad casus similes, in quibus non eadem præcisè ratio militet, sed alia, licet similis, per inductionem aliquam, aut subauditum intellectum collecta, quæ in hac materia minime admittenda est, sed in dubio à iure communi antiquo recedere non debemus ex reg. Text. in l. præcipimus 2. §. vlt. C. de appellat. cum similibus, sup. à me relatis, & exornatis dissertat. 5. num. 8. 9. & 10. Quomodo procedit communis Doctorum traditio, regulariter extensionem negans in huiusmodi legibus, etiam ex rationis identitate, vt quoad correctorias videre est ex gloss. Bart. & cæteris, maxime Iaf. num. 21. vers. Sit ergo in ant. quas actiones, eodem Bart. num. 29. Ripa num. 57. & 59. in d. l. si constante; Mattheo Mathesl. & And. Gamat. in tract. de extens. illo num. 11. hoc verò num. 118. Alciat. d. lib. 2. de verb. signif. à num. 34. Eucrat. in locis legalib. loco 79. à ratione legis largæ, num. 14. quod exorbitantes verò ex Iaf. num. 72. & Ripa num. 78. in d. l. si constante Imol. in l. si verò 67. §. de viro, num. 17. vers. Secundo casu, ff. sol. mat. Alcia. d. lib. 2. de verb. signif. à num. 54. Eucrat. d. loco 79. n. 42. vers. Concludit dicitur, Andr. Gamato d. tract. de extensione legum, à n. 95. iunctis limitationibus, quibus ipsi omnes vtuntur, & post alios relati à nobis sup. numer. 26.

45 Rursus & illud verissimum est, legem exorbitantem favore certarum personarum, & si ex rationis identitate extendatur ad casus, eandem rationem habentes, nunquam tamen extendi ad alias personas, in quibus etiam eadem vigeat ratio, nisi illæ saltem sub largæ verbi significatione comprehendatur, vt in specie Tex. in d. l. si filium habeo ff. ad S. C. Maced. ubi Macedonianum Senatus-consultum in filiis loquens, ex eius ratione ad nepotes extenditur, qui filii appellatione, & si non proprie, & strictè, saltem latiore vocabulo continentur, vt probauit n. 29. Quomodo procedit regula, ac decisio Tex. in l. quod verò contra, l. 1. in his, 15. §. l. ius singulare, ff. de legib. l. 1. ad ff. de consil. Princip. §. sed & quod Principi (indempto) ins. de iure nativ. l. si verò 67. §. de viro, ff. solut. matrim. in cap. sanè 9. de primi leg. cap. constitutionem 3. de regularib. lib. 6. d. reg. qua à iure communi 28. & reg. quod alicui 78. eodem lib. Clemen. dandam 2. de sepultur. cum vbique notatis, & à Camillo Gallinio de verb. signific. lib.

7. cap. 3. numer. 9. & 10. & cap. 5. numer. 10. & 11. Barbof. in dist. l. si constante, numer. 97. vers. Ex qua ratione, eleganter Donello, qui optimis exemplis rem illustrat, lib. 1. comment. cap. 14. vers. vlt.

Idemque est in lege exorbitanti odio certarum personarum, vt tutorum, pupillas suas sibi, vel filiis suis matrimonio collocantium, quæ tantum ex identitate rationis extenditur ad eos, qui vel largè filiorum nomine continentur, vt nepotes, l. Senatus consulto 9 ff. de ritu nupt. vel iuris fictio- ne ipsorum tutorum vicem subeunt, vt heredes, etiam extranei, l. liberum 64. §. 1. ff. de ritu nupt. ac diximus num. 30. non etiam ad eum, qui tutoris vel curatoris nomine usurpato, pro tutore, vel curatore, ad negotiorum gestore res pupillæ administravit, eamque sibi, vel filio suo matrimonio collocavit, l. fin. Cod. de interdicto matrimonii, cum vbique notatis, & à Camillo Gallinio, de verb. signif. d. lib. 7. cap. 3. numer. 9. & 10. & cap. 4. num. 4. Paulo Montano de iur. c. 31. eff. 8. n. 3. & 6.

47 Quibus sic præiactis, initio proposita argumenta facillimam solutionem habent. Non igitur obstat primum, cui respondemus fatendo antecedens, quod minori, post tactum; vel expletum 18. annum matrimonium contrahenti, pragmaticæ verba eorum cortice inspecto, non conueniant, negandò tamen consequentiam; quod proinde nec pragmaticæ dispositio ei conuenire debeat; quia \* regula; quæ vulgò sumitur ex l. 1. §. licet antea, vers. in re igitur dicitur; ff. de exercit. ad. cum similibus; in arg. adductis; procedit in lege dubia, de cuius mente, & ratione, an casum illum comprehendere velit; non satis constat, & quò casu verbi est inhærendum, & cui illa conueniant; dumtaxat dispositio conueniet, vt in illarum legum exemplis, & aliis, quibus DD. in argumento relati vtuntur; secus si & si verba non conueniant, conueniat tamen mens, & ratio legis, quia tunc & eius dispositio locum sibi vindicabit, iuxta tradita numer. 19. cum seqq. cui verò non conuenient, nec dispositio adaptabitur, & in terminis obseruatur optimè vtrà alios, sic præfatam regulam explicans Menoch. de arbitrat. casu 63. num. 8. facit & Text. in c. Marcion 67. vers. Nec putemus 1. §. 1.

49 Non obstat secundum, cui non longè dissimiliter satisfacimus, fatendo quoque antecedens, quod pragmatica sanctio supponat, minores matrimonium contrahere ante tactum annum 18. vt post id tempus bonorum suorum; & vxoris administratio eis concedatur; negando tamen, pragmaticam id supponere præcisè, ita vt aliud fieri non possit, quia tantum casualiter, & fortuito euenire posse significat, quod minores ante illam 18. annorum ætatem matrimonium contraxerint, quo casu euenire, Regia pragmatica vult vt non nisi post tactam saltem eam ætatem, bonorum administratio, tamen restituta, nec restitutionis in integrum beneficio, aliiq; minorum priuilegiis destituta, vt dabus præcedentibus dissertat. late ostendimus, eis committatur, vt vel sic minus iuri communi detrahatur, minusq; læsioni, ac deceptioni expostis sint minores; cum & ea tæx \* iure ficiens visa sit ad postulandum pro aliis l. 1. §. incitium, vers. Pueritiam, ff. de postulando, §. vltim. ad fin. (ubi & ad manifestationem habilis reputatur) ins. quib. ex causi manum. non licet, iuxta quæ iura accipiendus est Tex. in l. 7. in fin. ubi notat Did. Perez gloss. 2. vers. Vel debet esse, tit. 19.

tit. 19. lib. 2. ordinam. explicat, & exornat optimè Cald. Percir. ad l. si curator eius habens, verbo hunc contractum, numer. 39. Cod. de integ. res. & ad negotia extrajudicialia procurandum, vt & colligitur ex l. qui mandato 2. §. ff. de minor. ex qua & aliis sic notat gloss. verbo possit, post princip. vers. Quia lex illa & verbo non inuise, in Lexigendi procurator. similis verbo non inuise, in Lexigendi 21. vers. Sed contra, Cod. eod. tit. licet ad iudicia ante 25. ann. completum procurator constitui nequeat, vt colligitur ex dist. minor, & dist. l. exigendi, & vtrunque apertè statutum est in cap. qui generaliter 5. §. fin. eodem tit. in 6. quem Text. frustra euitare conatur Percir. ubi proximè numer. 40. contendens, etiam ante tactam 18. annorum ætatem procuratore ad negotia constitui posse, cum Text. ille cauillationem nullam admittat, cui apud nos consonant l. 9. ubi Montal. gloss. 2. tit. 10. lib. 1. fori, l. 5. post princip. & l. 19. ad fin. ubi notat Greg. Lop. gloss. 14. 15. & 16. tit. 1. part. 3. l. 1. vers. O si quis fuisse, ubi idem Greg. gloss. 1. tit. 21. part. 4. l. 7. tit. 25. lib. 4. noua compilat. prolequitur optimè vltra alios Gutier. de iur. confirm. 3. part. cap. 11. per tot. Quare minus audiendi sunt, Cuiacius, Hotomanus, & Donellus, volentes minorem 25. annis, si sit maior 17. rectè etiam ad lites procuratorem constitui, quos refert, & secundum eorum sententiam in Fisco Senatu iudicatum testatur Ioannes à Sande decisio in Fricarum lib. 1. tit. 1. §. de procuratore, definit. 3. Cum itaque (vt reuertamur in viam) Regia pragmatica præcisè non supponat, minores ante tactum decimum octauum annum matrimonium contrahere debere, sed id ita casualiter euenire posse, non rectè illa Doctorum traditio adaptatur, quòd ubi lex vnum supponit, & aliud disponit, necesse est, vt verificetur suppositum, ad hoc vt habeat locum dispositum, quia procedit in supposito necessario, vt in specie legu mancipia 5. Cod. de seruis fugit. in arg. adducta, cui apud nos consonant lex 28. ad fin. tit. 1. part. 7. ubi prohibito sollicitandi mancipia, diuersis artibus prædita, quæ ad Republicam pertinent, sub pœna restituti Republicæ seruum sollicitatum, & alterum simul, vltra duodecim solidorum summam, supponit necessario, seruum cum effectu abductum fuisse; non alias non posset sollicitans ad eius restitutionem compelli, atque ita non aliter eius dispositio locum habere potest, vt rectè docuit isti gloss. verbo auocandum, communiter recepta secundum DD. in argum. commemoratos. Idem videre est in specie proposita à Ludouico Romano, cuius etiam ibidem meminimus singul. 495. nempe statuti punientis turbantem aliquem in possessione fundi, pœna centum aureorum, ac possessionis restitutione, quod necessario supponit, possessionem ipsam cum effectu ablatam, atque adeò nisi spoliatio præcesserit, ex sola turbatione pœna centum aureorum locum habere non poterit, secus ergo erit, si (vt in specie nostre pragmaticæ) suppositum legis, meræ eius, circa quem disponitur, voluntati relictum sit, & quo casu ille quod supponitur elegerit, certa alia forma præscribitur; sub qua disponatur, quæ illi tantum casu conueniat, tunc enim casus omnißus, eandem, vel maiorem rationem habens, quam expressus, ex ratione ipsa, qua generaliter eadem intitut, decidendus est, vt à num. 13. late probauimus. Ex quibus & argumenti confirmatio cessat, quia \* negamus, qualitatem ab statuto præsuppositam, eo ipso censeri ab

codem requisitam, nisi cum qualitas ipsa vt necessaria supponitur; quæ antecedere omnino debeat, in quibus terminis procedit reg. Tex. in l. 2. ff. de iurisdiom. iud. cum similib. at pragmaticæ qualitas non eo modo supponitur, sed merè voluntarie, vt diximus, atque ita non procedit altera regula, quòd qualitas requisita, ante omnia verificari debet. Vltimum denique argum. simili modo diluitur, negamus namque, qualitatem contracti ante tactum decimum octauum annum matrimonij, à Regia pragmatica adiectam esse per modum conditionis; formam substantialem inducentis, adeoque formaliter, & præcisè ante omnia obseruandæ; quia, etiã conditio præsertim designetur per dictionem si, & conditionis, maxime à legè adiectæ, illa regulariter sit natura, vt vtrunque in argumento probauimus, at materia subiecta, & ratio initio pragmaticæ subiecta, planè ostendit, dictionem si non posse ibidem accipi pro conditione, formam substantialem, & præcisè ad implendam inducente, sed pro dictione, est; difficiliorem casum implicante, quod minores matrimonium in ea ætate contraxerint, in qua æquum non sit, illis ita subueniri, vt bonorum suorum, & vxoris minoris administratio à curatoribus remoueat, eisq; committatur, cum nec 18. annum attigerint; nam adhuc eis eiusmodi administrationis fauor indulgetur, ita tamen constructus, vt ex quo ætatem illam attigerint, dumtaxat incipiat, multò magis concedendus, si cum matrimonio contrahunt, eam attingent, vel excessissent, quippe qui in ea repererint ætate, ad quam antea contrahentes necesse haberent peruenire, vt pragmaticæ priuilegio potirentur, vt num. 19. breuiter monuimus, iuxta vulgari Philosophorum reg. Propter quod vnum quodque tale, & illud magis, quam aliud agentes expendimus, & exornauimus dissertat. 4. num. 42. & dissertat. 6. num. vlt. Accedit quod nec nouum est, verba legis, vel alterius dispositionis, iuxta rationem subiectæ materie, & absurdi vitandi gratia à propria, & stricta significatione plerumque retrahi, vt pluribus ostendi dissertat. præced. numer. 20. & 24. & in vna dictione, vel coniunctione, quod pro alia accipiatur, si ita expediat, vt menti disponentis defuerit, docuit gloss. verbo eas verò, in princip. in l. eas causas 79. alias 80. ff. de condit. & demonstr. quam ad hoc notat Bart. ibi num. 1. & in l. Gallus 29. §. si forstian, in princ. per Tex. ubi in vers. Ergo §. si pronepos, quem sic interpretatur, ff. de liber. & posthum. Bald. in l. 3. num. vlt. Cod. de ad. emptio. (ubi quod aduerbia, præpositiones, & coniunctiones, quæ veniunt ad aliud terminandum, habent significare qualitates, modos, & tempora, secundum suspicientem haturam, & qualitatem ipsius determinabilis, & non semper recurrendum est ad proprias, & præcisas significationes, quia sunt aptandæ rebus) idem Bald. in cap. 2. numer. 18. de rescrip. Alex. cons. 22. num. 5. lib. 1. & cons. 116. num. 16. lib. 2. Iaf. in l. diuortio 8. §. si vir in fundo numer. 1. circa fin. vers. Quia coniunctiones, ff. solut. matrim. in l. si filius, quò in potestate 7. numer. 3. ff. de liber. & posthum. in l. filium quem habentem num. 24. C. sem. erisc. & in l. 3. num. 2. circa fin. vers. Nisi dicitur, C. de inst. & substit. & in terminis quoad dictionem, si, quòd aliquando pro eadem subiectæ materie ratione stet pro dictione implicatiua est, seu quamuis, not. gloss. verbo nocere, vers. Primo si pro quamuis, in l. 1. §. sed & apud, ff. de aqua pluuiar. Bart. in l. 1. num. 4. §. de condit.

31 confirmatio cessat, quia \* negamus, qualitatem ab statuto præsuppositam, eo ipso censeri ab D. D. Vela Dissertat. Iuris Tom. I.

& demonstrat. Alexander. conf. 64. m. 4. l. 4. Leander. Galgancet. de condit. p. 2. cap. 1. p. 1. n. 4. Iosephus de Rubens ad Lexm anu. ff. de condit. & demonstr. in proam. c. 3. num. 24.

53 Denique hac sententia satis (ni fallor) concludenter ex eo probatur, quod conditio, & forma pragmatica eo tantum tendit, ut ita demum minor ante decimum octauum annum matrimonium contrahenti, bonorum suorum, & vxoris administratio permittatur, si eum saltem annum attigerit, ut ex pragmatica verbis constat, illic. Pueda administrat en entrando en los diez y ocho su hacienda, verbum enim illud en entrando, est gerundium futuri temporis, idem importans, quod si intrauerit, atque addo conditionem, & formam praeuise obseruandam inducens, l. si in ex parte 75. alias 76. §. item si tu, illic. Nunguid dubitat virum ex substitutione aduendo Titiana patris habiturus partem esse, ff. de acquir. hered. iuncta glos. verbo aduendo, quae interpretatur idest si adierit, & apertius sub ea. l. id notat Bartol. num. 1. sine in vltim. notat Aretin. num. 2. & Angel. num. 3. idem Bartol. dicens, illud importare causam finalem, in extranea. ad reprimendam. verbo, ne ex eorum absentia, vers. Et hoc apparet ex natura gerundij, tit. quomodo in lesa maiest. crimin. proced. post vsus feud. Bald. in l. falsus 19. num. 6. vers. Adde quod natura, C. de fort. Salicet. in l. 1. num. 5. in fin. vers. Sed interdum conditionem facit, C. de his qui latentes, Socinus senior conf. 91. & 93. vbiq. num. 2. lib. 1. Petrus Philippus Corn. conf. 90. num. 5. vers. Quia gerundium, & conf. 143. sub eod. num. volum. 4. Philipp. Dec. conf. 433. num. 6. lib. 2. Marcabrum. conf. 19. num. 1. Caslan. conf. 33. num. 1. Schaft. Medicis in tractat. de acquir. rer. dom. glos. 1. p. 1. num. 4. Surd. de alim. tit. 5. quast. 3. num. 4. Leander Galgancet. de condit. p. 1. cap. 29. num. 18. Azeued. ad lib. 3. num. 47. & 48. tit. 14. lib. 4. noua compilat. Do Iohannes del Castill. quotid. controuers. tem. 4. cap. 58. num. 27. & 28. Melchior Phebus decis. Lusit. 79. num. 3. Non ergo pragmatica nostra minoribus ab ingressu decimi octaui anni bonorum suorum, & vxoris administrationem fauorabiliter indulget, sub conditione, si ante eum matrimonium contraxerint, sed hoc eueniente casu fauorem eis indultum modificat, vt non alias eo potiantur, quam si, & ex quo etatem illam attigerint, alium non excludens casum, quo minores post eiusmodi etatem contraxerunt. Nec enim is\* ex veteri iure suppleendus, ac decidendus est, iuxta regulam legis praecipimus 32. in fin. C. de appellat. cum similibus, sed ex ratione, initio ipsius pragmaticae, seu capituli 19. subiecta, quae hunc casum multo magis includit, & dictionem si, vt rationi ipsi, ac legislatoris menti deferuat, impropriari facit, vt nuper diximus, & ex num. 19. latissime comprobauimus. Multoque euidenter hac interpretatio fit, si inspiciantur verba illa pragmaticae quae paulo post sequuntur, & num. 14. per incuriam diminuta reculi, T de su miger si fuere menor, quibus quidem nemo dicit, necessitatem imponi minori, matrimonium contrahenti, ad hoc vt bonorum vxoris administrationem consequatur, quod illa fuerit minor tempore matrimonij, ita vt si maior fuerit, ipsa tantum bona sua administrat, non autem maritus minor, quod absurdissimum esset, & contra iura Regia, merito bonorum vxoris administrationem concedentia, iuxta superius tradita dissertat. 1. num. 4. & a num. 18. ac dissertat. 4. §. 3. atque ita memorata verba potius significant, administrationis fauorem concedi

minori nedum quoad propria bona, sed etiam vxoris, si forsan illa minor fuerit, & sub tutore suo constituta, eo quoque remoto, vt tanto magis minores ad matrimonium contrahendum inuiterent, quanto cumulatorum fauorem a Regia pragmatica consequuntur, ergo eodem modo accipienda sunt similia verba, quae praecesserunt. T se se casare antes de diez y ocho años, fidelit si forsan, vel quamuis ante tactum 18. annum vxorem duxerit, quia in iure frequentissimum est, vnam dispositionis partem per aliam declarari, l. heredes palam 21. §. si quid post, in fin. illic: Vel ex vicinis scripturis, ff. de testam. l. qui filius 17. l. si seruus plurium 50. alias 53. §. vltim. illic. Item eorum, quae praecedunt, vel quae sequuntur, l. numeris 75. in fin. illic: Nec ex contextu testamenti, ff. de legatis 3. lib. 1. ff. de reb. dub. leg. Mania 44. illic. Neque contextum verborum totius scripturae, ff. de manumissis testam. leg. quamuis, 15. illic. Tamen quia in inferioribus verbis, Cod. de fideicommissis & vbiq. communiter DD. glos. elegans verba verba, in l. ille a quo 13. §. si de testamento, ff. ad S. C. Trebellian. Bartol. in l. Centurio 15. num. 27. ff. de vulgar. & in authen. hoc locum, num. 12. in fin. Cod. si secundo nupser. malier. Socin. Senior. conf. 122. num. 4. vers. 2. quia verba dubia 3. volum. 1. conf. 13. num. 5. & conf. 21. numer. 16. volum. 3. & post alios Burgenis Marcus Salom. de Pace conf. 3. num. 81. Bonifac. Ruger. conf. 29. num. 1. lib. 2. Mantica de coniect. vltim. volum. lib. 6. tit. 13. numer. 1. Malcard. de probati. tit. 3. conclus. 1415. ( alias 1417. ) numer. 16. & 18.



DISSERTATIO VIII.

De generali liberatione, an ad debitum ignoratum, vel nondum liberanti plenè quascumque extendatur? ac de debiti praescriptione in communi, quanto tempore, & an cum bona, vel mala fide debitoris procedat? an item aduersus ignorantem ipso iure non curat, sed restitutione in integrum opus sit?

S V M M A R I A.

- 1 Falli species refertur, & num. sequenti,
2 Patronus operis p. q. ex vniuersis testatoris bonis fundati, vicem heredis gerit.
3 Liberatio generalis, vulgo huiusmodi, per verba vniuersalia, & pragmatica ab uno alteri facta puta omnium rerum, quas ille ipsi quacumque ex causa debuisset a debitis etiam ignoratis debitorem regulariter tantum reddit.
4 Neque tantum a debitis similibus ei de quo principaliter agebatur, sed etiam longe maioribus.
5 Non tamen extenditur ad debitum ex causa hereditaria, ignorata ab eo, qui liberationem facit.
6 In ad debitum hereditarium sola hereditatis additione per heredem quaritur, ibid.
7 Liberatio, quamuis incommuni generalis, nihil operatur quoad ignorata, vel incognita, & multatim

- minis quoad debita nondum liberanti quascumque.
7 Actioni personali ex debito descendenti, per lapsum viginti annorum iure Regia praescribitur.
8 Lex, sicut in rem 3. C. de praescrip. 30. vel 40. ann. & l. 12. tit. 29. p. 5. 30. annos ad praescriptionem personali actionis exigentes, correcti sunt per l. 63. Tauri, qua est l. 6. tit. 15. lib. 4. compilat.
9 Lex 3. tit. 13. lib. 3. ordinamenti veteris, decennij tempus ad personam actionis praescriptionem duntaxat requiritur, similiter correcti sunt per leges Tauri, & compilationis.
10 Anton. Gom. & Dicit. Perez taxantur, qui d. l. 3. ordinamenti restringebant ad obligationem, ex obitographo descendente, cum generaliter loquuntur, & sic in omni obligatione procedat, ut declaratum est in d. l. 6. compil.
11 Leges vel constitutiones generales, aut particulares temporali praescriptione debitum excludentes non obstant mala fide debitoris, velut peccati mortalia ipso iure nulla sunt, & in neutro foro seruanda.
12 Hac regula procedit eo tantum casu, quo leges vel statuta expresse malum fidem admittunt, seu si simpliciter petitioni debiti certam meram praescribant quia intelligenda sunt data bona fide debitoris.
13 Michael Zipbontanus, contrarium existimans, taxatur.
14 Praescriptio actionis merè civilis puta ad exequendum, reddendum, vel similia etiam cum mala fide debitoris, imò & contra Ecclesiam, & loca pia procedit in eoque sensu Zipbontani sententia defenditur.
15 Debitori succedens, bona fide debitum praescribere praesumitur, quasi a debitore solutum, si de ipsius debitoris mala fide non constet secus alias, quicquid nonnulli reclamant, idque ad propositam huius dissertationis hypothese[m] applicatur.
16 Debitorem defunctum in mala fide fuisse qualiter probetur.
17 Solutio debiti ex lapsu temporis, ad impetendam iure Regia praescriptio, ab eodem iure praesumitur, non sola inuis praesumptione, sed & iuris, & de iure, quae probatiuam in contrariam non admittit, nisi ex debitoris confessione, quicquid dubitet D. Couar.
18 Lex post certum tempus debiti solutionem desinit praesumens, praescriptionem simul inducit.
19 Praescriptio, solutioni similis quoad hoc habetur, vt praescriptionis exceptione opposita, liberationem debitor consequatur ac si veri soluisset.
20 Praescriptio in specie hic proposita obiecta tria obstacula in hac dissertat. expenduntur, & sigillatim remouentur.
21 Praescriptio ex se non sufficit ad tollendam debitum, nisi quatenus arguit solutionem ex transcurso temporis, Regis legibus definit.
22 Debitor, a quo post viginti annos iure Regia definit, debitum exigitur, ex multorum sententia non aliter temporis cursum se tueri potest, quam si simul solutionem allegat.
23 Contraria sententia tanquam verior defenditur, quod solutio non sit formaliter, & expresse necessario alleganda, & quare? cum duobus numer. segg.
24 Lex non est imposita verbis sed rebus.

- 25 Solutionem allegare licet debitori, qui debiti praescriptione nititur, ad obtinendam tamen sit, non tamen id iure Regia desideratur, sed sufficit simpliciter praescriptionem allegare, vt & solutio implicite deducta censetur.
26 Debitor, de cuius mala fide non apparet, vel eius successor, qui pro debito contentus, simpliciter pro se debiti praescriptionem allegat, videtur cum iniuri requisiti, nempe bona fidei, & praesumpti solutionis tituli eam allegare, adeoque a petitione actoris iuxta leges civiles absoluitur est.
27 Quod maxime procedit in herede debitoris.
28 Praescriptionem allegans, videtur etiam bonam fidem implicite allegasse.
29 Debitoris heres pro eius debito contentus, si illius malam fidem non insidietur, sed ea etiam suspensa, iactari se velit longi temporis praescriptiones audiendus non est.
30 Praescriptionem non curere aduersus ignorantem ius sibi competens, vel scilicet, & ex quo tale ius competit, nonnulli existimant.
31 Scientia, maxime in facto alieno, regulariter non praesumitur, sed ignorantia petiti.
32 Praescriptionem etiam contra ignorantem ius factum, vel factum, ex quo descendit illud, ipso iure regulariter curere, tamquam certius, ac receptius defenditur, & num. segg.
33 Lex in C. de praescrip. longi temporis in verbis, nulla scientia, vel ignorantia expectanda, optime intelligitur contra Petrum de Perusio, qui dum alios eam non intelligere iactat, ipse eandem praescriptio ignorat.
34 Euenit a mala fidei possessore, praescribere nequit rem a se comparatam, si dominus ius suum ignoret.
35 Lex si partem 19. §. ff. quemadmodum, seruit. amittit, expenditur ibidem.
36 Praescriptio, licet curat contra ignorantem ius suum, vel factum, ex quo illud pronenti ignoranti tamen restituito competit ex generali clausula si qua mihi iusta causa videbitur, id quod late probatur, & exornatur.
37 Communis sententia, qua restitutionem concedit etiam aduersus longissimam praescriptionem 30. vel 40. annorum, a quibus, & tunc est, ac magis communiter recepta, in praxique seruanda.
38 Restitutionem ex capite ignorantia etiam aduersus centenariam praescriptionem competere nonnulli defendunt, & communem esse sententiam testantur, quae tamen auctori valde dubia videtur, & quare? cum duobus nu. segg.
39 Praescriptionis inducenda praecipuus sibi consistit in minuendo licet.
40 Ignorantem suo iure priuari, adeoque sine culpa puniri, si id ex iusta causa fiat, inconueniens non est.
41 Lex cum lex 55. ff. de adilitio edicto, & l. temp. 15. §. hoc interdictum, vers. Sed si is, ff. quod vi, aut clam, procedant in praetoris actionibus, quae non producuntur in esse, nisi cum certa certi temporis utilitas, quod non currit non valentibus agere.
42 Actiones civiles, in quibus certum tempus ad agendum statuitur, cum sui natura sine perpetua, ipso iure etiam aduersus ignorantem praescribuntur.
43 Tempus in dubio praesumitur continuum ibidem.